Corpus humanum. — Omne corpus animale terra formatum est, id est ex quatuor compositum... Quatuor sunt elementa ex quibus constat; unumquodque autem elementorum una tantum contentum est qualitate; ignis caliditate, aer humiditate, aqua frigiditate, terra siccitate... Secundum Hippocratem, si corpus animale ex uno constaret elemento, nunquam doleret; quia non esset unde doleret, unum exsistens; sed elementa corrumpuntur, et hoc modo fit corruptio... Videndum unde corpori quatuor humores nascuntur, vel nutriuntur. Omnis cibus sumptus ex quatuor constat elementis: sed quam multipliciter et dissimiliter in eis quæ vesci possunt, natura elementorum se habeat secundum caliditatem et frigiditatem siccitatem et humiditatem liber graduum demonstrat. Cum igitur cibus accipitur, os primum adoptat illum in subtiles et minutas partes cum dentibus et lingua... Sic præparata esca transmittitur stomacho per guttur et merum... Est autem meris membrum longum et rotundum et concavum, et intus villosum, habens introrsum pilos longos, alios in transversum, alios sursum ad os directos. Pili sursum directi naturaliter cibum attrahunt, qui vero in transversum, stringunt. Stomachus duo habet ora, alterum superius, alterum inferius. — Superius enim os stomachi, accepto cibo, clauditur donec digeratur. Deinde retinens quod suis aptum nutrimentis invenit, cætera, porta inferiori aperta, egerit in inferiora. Operatur autem hæc stomachus per quatuor virtutes quæ sunt ei naturales, appetitivam, contentivam, digestivam, expulsivam: quibus virtutibus non carent præsertim cerebrum propter animalem, vel sensualem virtutem, cor propter spiritualem, epar propter naturalem, genitalia propter generativam virtutem... Inferiores sub stomacho intestini non carent. Quæ per inferiorem portam egeruntur, suscipit duodenum intestinum; quod sic vocatum est, quia ad mensuram est duodecim digitorum. Statim cum facta est digestio, et per digestionem rei digestæ alteratio, sequitur eorum quæ feculenta sunt egestio. Suscipiunt et alia intestina quæ egeruntur, tria subtilia superius, circa os stomachi, tria grossa inferius. Est autem inferius intestinum unum subtile vocatum, in quod cum descenderit quod egestum est, aliquandiu ibi immoratur, donec ibi secunda quadam digestione melius succus ille depuratos et subtiliatus, per venas quas dicunt mesaraicas, quod subtile est et purum, remittit ad epar. Epar prædictum succum suscipiens per venas prædictas, et eam quæ dicitur porta, in sui naturam transmutat, iterum digerendum. Quidquid enim in eo igneum est, ad nutrimentum sui assumit cholera rubea; quidquid aereum, sanguis; quidquid aquosum vel humidum, flegma; quidquid grossum et terrenum, melancholia. Sic igitur humores quatuor in epate creati, et ab epate in totum corpus distributi, si secundum rectam naturæ regulam incedunt, quamvis diversæ sint qualitatis, unam tamen formam operantur sanitatis, invicem cooperando, invicem se adjuvando... De digestione etiam ista fumus ascendens lenis et suavis, molliter tangit cerebrum, et ventriculos ejus opprimit, in tantum ut omnes ejus actiones sopiat; hic est somnus. In quo, cessantibus, omnibus animæ virtutibus, sola viget virtus naturalis... Primum cibi in medio stomachi albi efficiuntur, id est flegmatici; circa inferiora prope epar quasi sanguis aquosus; decoctus in epate sanguis; plus decoctus cholera rubea; nimis decoctus cholera nigra. (*Sequuntur alia hujusmodi ad hominis physiologiam attinentia.*)

CCXVIII.

INDEX ANATOMICES.

ALPHABETICE EXPONENS QUIDQUID CIRCA ILLAM SCIENTIAM COMPLECTITUR PATROLOGIÆ CURSUS.

—

CCXIX.

INDEX MEDICINÆ.

IN QUO EXHIBENTUR VARIÆ PATRUM SENTENTIÆ CIRCA MEDENDI ARTEM, ORDINE RERUM DIGESTUS ALPHABETICO.

—

CCXX.

INDEX BOTANICÆ.

ORDINE RERUM ALPHABETICO MEMORANS QUIDQUID SCRIPSERE PATRES DE VARIIS PLANTIS ET DE ILLORUM PROPRIETATIBUS.

—

CCXXI.

INDEX AGRICULTURÆ.

ALPHABETICE REVOCANS QUIDQUID DIXERE PATRES CIRCA SOLI CULTURAM ET PRODUCTIONEM,

INSTRUMENTA RUSTICA, TEMPORA APTIORA, ETC., ETC.

—

MONITUM.

Agricultura late definiri potest : industria quæ objectum habet culturam soli et productionem substantiarum quæ victui hominis nec non animalium domesticorum inserviunt. Agricultura est scientia in quantum includit principia, et ars quoad methodorum applicationem. Ad exercendam agriculturam botanica et zoologia multum proficiunt.

Index de Agricultura est quasi complementum Indicum de Botanica et Zoologia.

CCXXII.

INDEX ZOOLOGIÆ,

ORDINE RERUM ALPHABETICO REFERENS QUIDQUID DIXERE PATRES DE BESTIIS VEL ANIMANTIBUS.

—

PROEMIUM.

Veteres distinguebant animalia mammifera, aves, reptilia, pisces, insecta et zoophyta.

Eustathius disserit (LIII), de piscibus, 955; de avibus, 948; de quadrupedibus; de reptilibus, de insectis.

S. Isidorus (LXXXII), disserit de animalibus, 425; de bestiis, 433; de minutis animantibus, 440; de serpentibus, 442; de vermibus, 448; de piscibus, 450; de avibus, 459; de minutis volatilibus, 469. Animalia, 38, enumerat, bestias, 28; minuta animantia, 11; serpentes, 35; vermes, 23; pisces, 55; aves, 65; minuta volatilia, 19.

Rabanus Maurus (CXI) disserit de pecoribus, jumentis et animalibus, 199-215; de bestiis, 217-226; de minutis animalibus, 226-228; de serpentibus, 228-235; de vermibus, 235-236; de piscibus, 237-239; de avibus, 241-255; de apibus et muscis, 255-258. Pecora, jumenta et animalia 27 enumerat, bestias, 28; minuta animalia, 10; serpentes, 21; vermes, 20; pisces, 25; aves, 40; apes, et muscas, 15 circiter.

S. Hildegardis disserit (CXCVII), de 34 piscibus, 1265 1284; de 71 avibus et volatilibus, 1285-1311; de 45 animalibus, 1311-1338; de 17 serpentibus, 1339-1344.

Priusquam ordinem rerum alphabeticum aggrediamur, operæ pretium est auctores qui de his disseruerunt, indicare:

1. S. Ambrosius, episc. Mediolanensis, in quinto libro et in sexto libro *Hexaemeron*., XIV, 205 *et seqq*., anno 397.
2. Eustathius, LIII, 935 *seqq*., anno 450.
3. S. Isidorus, episc. Hispalensis, LXXXII, 423 *et seqq*., anno 686.
4. Rabanus Maurus, episc. Mogunt., CXI, 199 *seq*., anno 856.
5. Adamus, canonicus Bremensis, in Descriptione insularum Aquilonis, CXLVI, 649, anno 1075 ad 1076.
6. Rupertus, Tuitiensis abbas, CLXVII, 244 *seqq*., anno 1135.
7. Vener. Hildebertus Cenoman., CLXXI, 1215 *seq*., anno 1135.
8. Honorius Augustodunensis, in libris tribus *De imagine mundi*, CLXXII, anno 1136.
9. In Appendicibus ad Hugonem de S. Victore, in opere cui titulus : *De bestiis et aliis rebus*, CLXXVII, 15 *et seqq*., anno 1142.
10. S. Hildegardis, in libro cui titulus : *Physica*, CXCVII, 1265 *seq*., anno 1178.

INDEX ALPHABETICUS.

Torpedo vocata eo quod corpus *torpescere* faciat si eam quisquam viventem tangat, S. Isidorus, LXXXII, 455, 456. — De torpedine, Eustathius, LIII, 937; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 108.

Tragelaphi a Græcis nominati, qui dum eadem specie sint ac cervi, villosos tamen habent armos ut hirci, qui non alibi sunt quam circa Phasidem, S. Isidorus, LXXXII, 427; Rabanus Maurus, CXI, 204.

Tuci quos Hispani cuculos vocant, a propria voce nominati; horum salivæ cicadas gignunt, S. Isidorus, LXXXII, 468. — De tuco (cuculo), S. Hildegardis, CXCVII, 1302.

Turdi a tarditate dicti, hiemis enim confinio se referunt, S. Isidorus, LXXXII, 466.

Turdela quasi major turdus, cujus stercore viscus generari putatur, S. Isidorus, LXXXII, 468.

Turtur de voce vocatur, avis pudica et semper in montium jugis et in desertis solitudinibus commorans, S. Isidorus, LXXXII, 467; Rabanus Maurus, CXI, 248. — Laudatur ob viduitatem turtur, S. Ambrosius, XIV, 252. — De voce, de nido turturis, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 23, 24, 28. — De turture, Eustathius, LIII, 951; Wernerus abbas, CLVII, 1148; Hildebertus, CLXXI, 1223; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 23, 165; S. Hildegardis, CXCVII, 1300.

Tyriaca vermis, S. Hildegardis, CXCVII, 1344.

Ulula (ὀλολύζειν), avis a *planctu* et *luctu* nominata; cum enim clamat aut fletum imitatur aut gemitum, S. Isidorus, LXXXII, 464; Rabanus Maurus, CXI, 247; S. Hildegardis, CXCVII, 1301.

Ulwurm, S. Hildegardis, CXCVII, 1344.

Ungues (pisces) a similitudine humanorum unguium dicti, S. Isidorus, LXXXII, 457.

Unicornus, S. Hildegardis, CXCVII, 1317.

Upupa a Græcis sic dicta, eo quod stercora humana consideret et fetenti pascatur fimo, avis spurcissima, semper in sepulcris et humano stercore commorans, S. Isidorus, LXXXII, 468; Rabanus Maurus, CXI, 252; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 50. — De upupa (vedehoppo), S. Hildegardis, CXCVII, 1305.

Uranoscopus (piscis) vocatur ab oculo quem in capite habet, a quo semper supra intendit, S. Isidorus, LXXXII, 451.

Ursus fertur dictus quod ore suo formet fetus, quasi *orsus*. Ursorum caput invalidum; vis maxima in brachiis, et in lumbis; unde interdum erecti insistunt, S. Isidorus, LXXXII, 457; Rabanus Maurus, CXI, 223. — De brevi collo ursi, Eustathius, LIII, 958, 962. — Northmannia ursos albos habet, Adamus, Bremens. canonic., CXLVI, 649. — De urso, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 85, 164; S. Hildegardis, CXCVII, 1316. — Ursus meles (dasch), *ibid.*, 1330.

Urus. — Uri agrestes boves sunt in Germania, habentes cornua in tantum protensa, ut regiis mensis insigni capacitate ex eis gerulæ fiant, dicti *uri* ἀπὸ τῶν ὀρῶν, S. Isidorus, LXXXII, 429; Rabanus Maurus, CXI, 210. — Uri in Sueonia capiuntur, Adamus, Bremens. canonic., CXLVI, 649. — De uro, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 90.

Usia vermis est porci, sic appellata quia *urit*; nam ubi momorderit, adeo locus ardet ut vesicæ fiant, S. Isidorus, LXXXII, 450; Rabanus Maurus, CXI, 236; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 105.

Vacca dicta quasi *boacca*; est enim ex qualitate nobilium nominum, S. Isidorus, LXXXII, 429. — De vacca, Rabanus Maurus, CXI, 208; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 163.

Vermis est animal quod plerumque de carne vel de ligno et sine ullo concubitu gignitur; sunt autem vermes, aut terræ, aut aquæ, aut aeris, aut carnium, aut frondium, etc., S. Isidorus, LXXXII, 448. — Vermis non ut serpens, apertis passibus graditur, sed in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motum explicat, S. Isidorus, LXXXII, 449. — Quid sit vermis, Hugo de S. Victore, ~~LXXVII~~, 103. — De vermibus, Rabanus Maurus, CXI, 235; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 105, 163. — De vermibus carnium, *ibid.*, 164. — Vermes carnium hemicraneus, lumbricus, ascaridæ, costi, pediculi, pulices, lendes, tarinus, ricinus, usia, cimex, S. Isidorus, LXXXII, 449; Rabanus Maurus, CXI, 236.

Vermis Indicus, S. Ambrosius, XIV, 237.

Verres eo quod grandes habeat vires, S. Isidorus, LXXXII, 428; Rabanus Maurus, CXI, 206.

Vervex (mouton), vel a *viribus* dictus, quod cæteris ovibus sit fortior, vel quod sit *vir*, id est masculus, vel quod *vermem* in capite habeat, S. Isidorus, LXXXII, 423, 426; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 89.

Vespæ sive scrabones significant hostes persequentes vel timores hostium, Rabanus Maurus, CXI, 256. — Vespæ, S. Isidorus. LXXXII, 470.

Vespertilio ex tempore nomen accepit, eo quod lucem fugiens crepusculo vespertino circumvolet, specie volatilis simul et quadrupes, quod in aliis avibus reperiri non solet, S. Isidorus, LXXXII, 464; Rabanus Maurus, CXI, 246. — Vespertiliones lucifugæ, Eustathius, LIII, 955. — De vespertilione, S. Ambrosius, XIV, 239; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 96; S. Hildegardis, CXCVII, 1308. — Wernerius abbas, CLVII, 1150.

Vineo (fringilla cælebs), S. Hildegardis, CXCVII, 1306.

Vipera dicta quod *vi pariat*, S. Isidorus, LXXXII, 445; Rabanus Maurus, CXI, 232. — De vipera, Eustathius, LIII, 965; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 66; S. Hildegardis, CXCVII, 1342; Wernerus abbas, CLVII, 893.

Vituli marini, Eustathius, LIII, 956, 957.

Volucres a *volando*, S. Isidorus, LXXXII, 459; Rabanus Maurus, CXI, 241; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 164.

Vulpes dicta quasi *volupes*, est enim volubilis pedibus; fraudulentum animal insidiisque decipiens, S. Isidorus, LXXXII, 438; Rabanus Maurus, CXI, 225. — Vulpes dolosa, Eustathius, LIII, 958. — Northmannia vulpes habet nigros, Adamus Bremens., CXLVI, 649. — De vulpe, Hildebertus Cenoman., CLXXI, 1220; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 59, 164; S. Hildegardis, CXCVII, 1328.

Vultur a volatu tardo nominata putatur, S. Isidorus, LXXXII, 460; Rabanus Maurus, CXI, 243. — Vultures sine maris copula gignere dicuntur, S. Ambrosius, XIV, 233. S. Isidorus, LXXXII, 460; Rabanus Maurus, CXI, 243. — De præscientia vulturum, S. Ambrosius, XIV, 237. — Vultures nuntiant hominum mortem, Eustathius, LIII, 955 — De vulturibus, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 59, 164; S. Hildegardis, CXCVII, 1290; Wernerus abbas, CLVII, 1148.

Wachtela (tetrao coturnix), S. Hildegardis, CXCVII, 1305.

Walca (Silurus *glanis*), S. Hildegardis, CXCVII, 1273.

Wargkrengel (avis), S. Hildegardis, CXCVII, 1307.

Wasser Marth., S. Hildegardis, CXCVII, 1333.

Wazzerceltsa (Motacilla alba), S. Hildegardis, CXCVII, 1307.

Weho (avis), S. Hildegardis, CXCVII, 1298.

Wespa, S. Hildegardis, CXCVII, 1311.

Widderwalo, S. Hildegargis, CXCVII, 1306.

Wisant, S. Hildegardis, CXCVII, 1322.

CCXXIII.

INDEX ARITHMETICÆ,

VARIOS EXPONENS DE SCIENTIA NUMERORUM TRACTATUS, QUOS COMPLECTITUR PATROLOGIA,

ET COMPENDIOSAM UNIUSCUJUSQUE PRÆBENS ANALYSIM.

BOETIUS. — De arithmetica libri duo, LXIII, 1079.

Hic analysim libri primi tantum exponimus, nam liber secundus in Indice Geometriæ melius collocabitur.

Divisio mathematicæ, 1079. — De substantia numeri, 1083. — De diffinitione et divisione numeri et diffinitione paris et imparis, *ibid.* — Diffinitio numeri paris et imparis secundum Pythagoram, *ibid.* — Alia secundum modum antiquiorem diffinitio paris et imparis, 1084. — Diffinitio paris et imparis per alterutrum, 1085. — De

CCXXIV.

INDEX GEOMETRIÆ,

VARIOS EXPONENS DE SCIENTIA GEOMETRICA TRACTATUS QUOS COMPLECTITUR PATROLOGIA,

ET COMPENDIOSAM UNIUSCUJUSQUE PRÆBENS ANALYSIM.

CCXXV.

INDEX DE MENSURIS,

PONDERIBUS ET MONETIS, QUORUM MENTIO FIT IN PATROLOGIÆ CURSU, ORDINE LOGICO DIGESTUS.

—

I. — *De mensuris in genere.*

II. — *De mensuris longitudinis.*

V. — *Pondera.*

VI. — *Monetæ.*

ronymus, XXVI, 58. — De quadrante evangelico, S. Paschasius, CXX, 246, 247.

14. *Sestertius*. — Sestertius quarta pars denarii, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 499 not.

15. *Siclus*. —Sicli pretium, S. Hieronymus, XXV, 48; Rabanus Maurus, CVIII, 298; CX, 1036.

16. *Siliqua*. —Siliqua cujusnam sit pretii, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 630; S. Isidorus, LXXXII, 591; Rabanus Maurus, CXI, 481. — Signum quo siliqua exprimitur, Sylvester II, CXXXIX, 100 not.

17. *Solidus*.— Solidus aureum numisma, Constantinus Magnus, VIII, 544. — Varia documenta de pretio solidi, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 539, 630, 631, 799 not.; LXXVIII, 459; S. Isidorus, LXXXII, 592; Anastasius, CXXVII, 1596; CXXVIII, 666 not. — Solidi etymologia, S. Isidorus, LXXXII, 592; Rabanus Maurus, CXI, 81; Anastasius, CXXVIII, 666 not. — Solidi origo, S. Isidorus, LXXXII, 592; Rabanus Maurus, CXI, 481, 482. — Solidi expressa imago ex nummis veteribus deprompta, Anastasius, CXXVIII, 667.

18. *Stater*. — Stater cujusnam pretii, S. Isidorus, LXXXII, 592; Christianus Druthmarus, CVI, 1406; S. Paschasius, CXX, 600. — De statere evangelico, S. Paschasius, CXX, 600 et 601.

19. *Talentum* De talento evangelico, S. Gregorius Magnus, LXXIII, 1108 *et seqq*. — Nihil talento majus, S. Isidorus, LXXXII, 595; Walafridus, CXIII, 658; S. Anselmus, CLVIII, 619. — Talenti pretium, S. Isidorus, LXXXII, 593; Rabanus Maurus, CXI, 485. — Talentum triplex, S. Isidorus, LXXXII, 593; Rabanus Maurus, CXI, 485.

20. *Tartaron*. —Tartaron moneta Byzantina, Albericus, CLXVI, 400, 420.

21. *Tremissis*. — Tremissis cujusnam sit pretii, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 700 not.

VII.—*Temporis mensuræ*.

De variis modis tempus computandi, S. Hieronymus, XXIV, 392; Sidonius Apollinaris, LVIII, 484 not. S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 477; Ven. Beda, XC, 953; 954; Claudius Taurin., CIV, 797; Rabanus Maurus, CVII, 676, 678; Wandalbertus, CXXI, 631, 635; Hermannus, CXLIII, 403 *et seqq*., 409 et 410. — Temporis definitiones, S. Isidorus, LXXXIII, 974; Rabanus Maurus, CVII, 678. — Temporis etymologia, Ven. Beda, XC, 579; Rabanus Maurus, CVII, 678. — De variis divisionibus temporis, Ven. Beda, XC, 579; Rabanus Maurus, CVII, 677. —Ævum quid, Honorius Augustodunensis, CLXXII, 145. — Sequuntur variæ temporis mensuræ.

1. *Annus*. — De anni computationibus apud Ægyptios, Lactantius, VI, 325 not.— Anni definitiones, S. Isidorus, LXXXII, 222; LXXXIII, 971; CXXIX, 1295, 1296. —Anni etymologia, S. Isidorus, LXXXII, 222; Ven. Beda, XC, 589. —Variæ annorum species, S. Isidorus, LXXXII, 249; Ven. Beda, XC, 281; Helpericus, CXXXVII, 21. — De anno dissertationes, S. Isidorus, LXXXIII, 971 *et seqq*.

2. *Atomus*. — Atomi duratio, Ven. Beda, XC, 302 not.; Rabanus Maurus, CVII, 677; CXXIX, 1316. — Atomi exiguitas, Ven. Beda, XC, 305, 580; Honorius Augustodunensis, CLXXII, 147.

3. *Dies*. — Dissertatio de tribus diebus sepulturæ Christi, Lactantius, VII, 194 not. —Dierum nomina, D. Ausonius, XIX, 910; S. Isidorus, LXXXII, 217; LXXXIII, 967; Ven. Beda, XC, 563; Honorius Augustodunensis, CLXXII, 150; Petrus Cantor, CCV, 449.—De diebus considerationes variæ, S. Augustinus, XXXIX, 193; Ven. Beda, XC, 309 *et seqq*.; Rabanus Maurus, CVII, 679, 680. — Diei species, S. Bened. LXVI, 411 et 415; S. Isidorus, LXXXIII, 215.—Varium apud varios populos diei initium, S. Isidorus, LXXXII, 215; Ven. Beda, XC, 279, 286. — Diei etymologia, Ven. Beda, XC, 307 not. — Diei duratio, id., XC, 309 *et seqq*.

4. *Hora*. — Variæ diei horæ, S. Hieronymus, XXVI, 141. — Horæ olim inæquales, Sidonius Apollinaris, LVIII, 485. — Horæ etymologia, S. Isidorus, LXXXII, 215; Ven. Beda, XC, 580; Honorius Augustodunensis, CLXXII, 147. — Horæ quænam sit duratio, Ven. Beda, XC, 302; CXXIX, 1316; Honorius Augustodunensis, CLXVI, 147.

5. *Hebdomada*. — Hebdomadæ primitiva constitutio, S. Victor, V, 305.—Hebdomadæ etymologia, S. Isidorus, LXXXII, 218 et 219. — Quot in hebdomada dies, *ibid*., 968; Ven. Beda, XC, 281. — De septuaginta hebdomadis propheticis, *ibid*., 555. — Variæ hebdomadarum species, Rabanus Maurus, CXI, 296 *et seqq*.

6. *Lustrum*. — Lustrum inter varias temporis divisiones, S. Isidorus, LXXXII, 206.

7. *Mensis*. —Exponuntur duodecim menses, XIII, 465. — Menses unde supputantur, S. Hieronymus, XXV, 285. — Mensis etymologia, S. Hieronymus, XXV, 286; Ven. Beda, XC, 541. — Mensium nomina, S. Prosper Aquitanus, LI, 548, 556, 564; S. Isidorus, LXXXIII, 969.— De mensium signis, S. Isidorus, LXXXII, 184. — Mensis definitio, *ibid*., 968; CXXIX, 1302. — Mensis vitæ hominis imago, *ibid*., 969. — De mensibus apud varias gentes, S. Isidorus, LXXXIII, 970; Ven. Beda, XC, 281, 282, 341 *et seqq*.; CXXIX, 1302, 1303; Honorius Augustodunensis, CLXXII, 152. — De concordia mensium, S. Isidorus, LXXXIII, 974. — Horæ variæ quibus incipiunt singuli menses, Ven. Beda, XC, 558 not.

8. *Minutum*. — Minuti duratio, Ven. Beda, XC, 302 not., 580; Rabanus Maurus, CVII, 678; CXXIX, 1295; Honorius Augustodunensis, CLXXII, 147. — Minuti etymologia, Rabanus Maurus, CVII, 676; CXXIX, 1293.

9. *Momentum*.—Momentum quid, S. Isidorus, LXXXII, 208, 211; Ven. Beda, XC, 278; Alcuinus, CI, 1115. — Momentum quodnam sit tempus, Rabanus Maurus, CVII, 677; CXXIX, 1295, 1318.—Momenti etymologia, CXXIX, 1293.

10. *Olympias*. — Humana auctoritate tempus in Olympiadas divisum fuit, Rabanus Maurus, CVII, 676.

11. *Ostensum*. — Ostensum minima temporis divisio, Ven. Beda, XC, 303.— Ostensi duratio, Rabanus Maurus, CVII, 677. — Ostensi etymologia, Honorius Augustodunensis, CLXXII, 147.

12. *Pars*. — Partis etymologia, Rabanus Maurus, CVII, 678.—Pars quodnam sit tempus, Rabanus Maurus, CVII, 678; Honorius Augustodunensis, CLXXII, 147.

13. *Punctum*. — Puncti duratio quænam, Ven. Beda, XC, 302 not., 303; CXXIX, 1292, 1317. —Puncti etymologia, *ibid*., XC, 580; CXXIX, 1293.

14. *Quadrans*. — Quadrantis duratio varie æstimatur, Rabanus Maurus, CVII, 678; CXXIX, 1295, 1319. — Quadrantis etymologia, CXXIX, 1319.

15. *Sæculum*. — Sæcula temporibus structa, Tertull., II, 485. —Sæculi variæ interpretationes, S. Hilarius, IX, 577; Ven. Beda, XC, 278, 279; Rabanus Maurus, CXI, 306; Honorius Augustodunensis, CLXXII, 157. — Sæculi etymologia, S. Isidorus, LXXXII, 233.

16. *Uncia*. — Uncia quædam antiqua temporis mensura, Ven. Beda, XC, 307.

17. *Vicissitudo*. — Quatuor in anno vicissitudines, D. Ausonius, XIX, 911; Rabanus Maurus, CVII, 687; CXI, 307. —Vicissitudines ex tribus mensibus coalescunt, Honorius Augustodunensis, CLXXII, 155 et 154.

CCXXVI.

INDEX ARCHÆOLOGIÆ

EXHIBENS SCILICET ALPHABETICE QUIDQUID SCRIPSERE PATRES CIRCA ARCHITECTURAM, SCULPTURAM, PICTURAM, ETC.

—

Abbatiæ seu monasteria.

De restauratione monasterii Centulensis, S. Angilbertus, abbas S. Richarii Centulensis, XCIX, 841, 842. — Incendium Tuitii, B. Rupertus, abbas Tuitiensis, CLXX, 532-534. — De combustione monasterii Gemblacensis, Guibertus Gemblacensis abbas, CLX, 657.

Ædes civiles.

Descriptio urbis Romæ, Publius Victor, XVIII, 437-458.

Altaria.

Amæ amulæ. (*Gallice burettes*).

Amphitheatrum.

Annuli.

Aquæductus.

Architectæ.

Arma.

Babel.

Balnea, thermæ.

810. — Balneum Balanum, Cassiodorus, LXIX, 560, 771. — De apodyterio, Rabanus Maurus, CXI, 588.

Baptisterium.

Ex libello de munificentia Constantini, Constantinus Magnus, VIII, 804. — Descriptio Baptisterii, in quo baptizatus est Constantinus, *ibid.*— Baptisterium S. Agnetis, *ibid.*, 808; S. Isidorus, LXXXII, 545. — Baptisterium Moguntiæ, Venantius Fortunatus, LXXXVIII, 105; Liber decimus Romanorum Pontificum, CV, 94.

Basilica, ecclesia.

Ecclesia juxta Thermas Trajanas, Romæ, S. Damasus papa, ex libro Pontificali, VIII, 800. — Basilica Constantiana, ex libro *De munificentia Constantini*, VIII, 803. — Basilica S. Petri Apostoli in templo Apollinis, *ibid.* — Basilica S. Pauli, *ibid.*, 807. — Basilica in palatio Sessariano, *ibid.* — Basilica S. Agnetis, *ibid.*, 808. — Basilica S. Laurentii, *ibid.*, 809. — Basilica viæ Lavicanæ, *ibid.*— Basilica Ostiæ, *ibid.*, 810. — Basilica Albæ, *ibid.* — Basilica in urbe Capuana, *ibid.*, 811. — Bassilica in urbe Neapoli, *ibid.*—Basilica tituli Silvestri papæ, juxta thermas Domitianas, *ibid.*— Basilicæ S. Felicis descriptio, S. Paulinus Nolanus, LXI, 330.—Basilica Fundana, *ibid.*, 338.—Basilica S. Galemeri, quando reparata est, Ennodius Ticinensis episc., LXIII, 345.—Basilica Herculis, Cassiodorus, LXIX, 512. — Basilica Archangeli, Hierosolym., in loco ubi olim Vesta colebatur, *ibid.*, 938. — De basilica S. Martini, S. Gregorius Turon., LXXI, 212. — Basilica S. Symphoriani, *ibid.*, 214. — Basilica S. Dionysii, *ibid.*, 548. — Ecclesiæ perantiquæ Turonum, *ibid.*, 563 *seq.*; S. Isidorus, LXXXII, 545. —Basilica S. Andreæ, Venantius Fortunatus, LXXXVIII, 65, 65.— Basilica S. Stephani, *ibid.*, 67. — Basilica S. Martini, *ibid.*, 67, 68, 69. — Basilica S. Vincentii, *ibid.*, 70, 71. — Basilica S. Dionysii, *ibid.*, 72. — Basilica S. Bibiani, *ibid.*, 74. — Basilica S. Eutropii, *ibid.*, 76. — Basilica Parisiaca, *ibid.*, 104. — Basilica S. Georgii, *ibid.*, 107.— Basilica ædificata a Bugge, filia regis Angliæ, S. Aldhelmus episc. Shireburnensis, LXXXIX, 289 290; Liber diurnus Rom. Pontificum, CV, 93, 94; Anastasius Bibliothecarius, CXXVII, CXXVIII, *passim.* — Basilicæ S. Remigii Remensis dedicatio, Anselmus monachus S. Remigii Remensis, CXLII, 1415, 1416; Leo Marcianus, monachus Casinensis, CLXXIII, 997-998. — Descriptio eccles. S. Dionysii, Sugerius, abbas S. Dionysii, CLXXXVI, 1227 *seq.*— De consecratione Ecclesiæ a se ædificatæ, *ibid.*, 1239, 1240 —Descriptio ecclesiæ Lateranensis, Joannes Diaconus, CXCIV, 1543-1544. — De casu fulminis super ecclas. monasterii, S. Laurentii Leodiensis, Reinerus, monachus, CCIV, 137.—De dedicatione novæ Ecclesiæ ejusdem monast., *ibid.*, 145, 146. — De incendio eccles. S. Lamberti Leodiensis, *ibid.*, 151-152.

Calcei.

Baxa et soccus quotidie deaurantur, Tertullianus, I, 670. — Calcei seu Baxa philosophorum deaurati, id., II, 1045. — Tyri auro calceabantur, *ibid.*, 1043. — De calceamentis, S. Isidorus, LXXXII, 704. — Sutores, Caligarius, calceamenta, crepidæ, calcei, patritii calcei, ocreæ, cothurni, *ibid.*, 704. — Baxeæ, talares, obstrigilli, ossæ, mullei, *ibid.*, 705.— Soleæ, socci, caliculæ, caligæ, cernui, cingulati, clavati, perones, baxeæ, corrigiæ, caligulæ, *ibid.*, 706. — De calceamentis, B. Rabanus Maurus, CXI, 585.

Calices.

Calices primitivæ ecclesiæ boni Pastoris imaginem sculptam præ se ferebant, Tertullianus, II, 1000; S. Damasus papa, VIII, 801; S. Aldhelmus, episc. Shireburn. LXXXIX, 298; S. Angilbertus, abbas Centul., XCIX, 846.

Campanæ, cloccæ.

Restauratio monasterii S. Richarii, S. Angilbertus, abbas Centulensis, XCIX, 847; Rupertus, abbas Tuitiensis, CLXX, 19, 20; Reinerus, monach. S. Laurentii Leodiensis, CCIV, 155.

Cappæ seu pluvialia

De restauratione monast. S. Richarii, S. Angilbertus, abbas Centul., XCIX, 847.

Casulæ

De restauratione monasterii S. Richarii, hodie Ambianensis seminarii minoris, S. Angilbertus, abbas Centulensis, XCIX, 847.

Ceramica.

Samia vasa, Tertullianus, I, 450, 607. — De vasis escariis, S. Isidorus, LXXXII, 714. — Fictilia vasa, in insula Samo inventa, antiquior usus fictilium vasorum quam fundendi æris aut argenti, *ibid.*, 714.— Aretina vasa, Samia vasa, Chrysendeta, anaglypha, discus, messorium, paropsis, patina, gabata, concha, scutella, apophoreta, salinum, acetabulum, *ibid.*, 715. — Cochlear, triscelis seu tripodes, *ibid.*, 716. — De vasis potoriis, poculum, phialæ, *ibid.*, 716. — Pateræ, cratera, cyathi, scyphi, cymbia, amystis, baccea, calices, calathi, scalæ, ampulla, *ibid.* — De vinariis et aquariis, *ibid.* — Œnophorus, *ibid.* — Phiascæ, lagena, sicula, cantharus, hydria, situla, cadum, catinum, orca, urceus, urceolus, scyphus seriola, dolium, cupi et cupæ, mulgarium, multrum, labrum, labellum, alveum, pelvis, siphon, *ibid.*, 717. — De vasis olearits, *ibid.*, 718. — Hemicadium scortea, alabastrum, pyxides, lenticula, *ibid.* — De vasis coquinariis, *ibid.*— Cocula in genere, olla, fratella, cacabus, cucuma, lebetes, sartago, tripodes, molæ, *ibid.* — Cribrum, rotabulum, *ibid.*, 719. — De vasis escariis, Rabanus Maurus, CXI, 597. — De vasis pototariis, *ibid.*, 599 — De vasis vinariis, sive aquariis, *ibid.*, 600. — De vasis oleariis, *ibid.*, 602.— De vasis coquinariis et pistoriis, *ibid.*

Cerei.

Lychnorum descriptio, S. Paulinus Nolanus, LXI, 467, 491, 535, 536. (Videsis *Indicem Liturgicum.*)

Circus.

Circi factonum colores, Tertullianus, I, 641. — Circi gradus et Apuliæ, *ibid.*, 652.

Civitates.

Civitatum fundationes, S. Isidorus, LXXXII, 527 *seq.*— De civitatum nominibus, *ibid.*, 536.— Civitas, urbs, *ibid.* — Oppidum, colonia, municipium, vicus, castrum, castellum, pagi, compita, suburbana, *ibid.*, 537.

Colores vestium.

Tinctura, coccum, seu rubrum sive vermiculum, conchylium, ostrum, S. Isidorus, LXXXII, 695. — Purpura, ferrugo, glaucus color, elbidum, luteus, menum, masticinum, blatteum, blavum, mesticium, usticium, *ibid.*, 696; Rabanus Maurus, CXI, 579.

Constructio ædificiorum.

Constructio, structio, ædificatio, instauratio, fundamentum, cæmentum, lapides, S. Isidorus, LXXXII, 672; Rabanus Maurus, CXI, 560.

Dalmatica.

Dalmatica diaconi uti debent in ecclesia, S. Damasus papa, VIII, 802. — Restauratio monasterii S. Richarii, S. Angilbertus abbas Centul., XCIX, 847.

Dispositio ædificiorum.

Videsis S. Isidorus, LXXXII, 672; Rabanus Maurus, CXI, 559.

Domus, domus partes.

Vestibula Romanorum clarissimis et elatissimis lucernis illuminabantur, Tertullianus, I, 459.— Descriptio *tugurii* in Africa, cujus tectum in modum carinæ navis incurvatur, Sulpitius Severus, XX, 186. — Descriptio domus ruris positæ, Sidonius Apollinaris, LVIII, 475 *seq.* — Domorum constructio, Cassiodorus, LXIX, 520. — Domus novæ super antiquos muros, *ibid.*, 629.

Evangeliarium perantiquum.

(Videsis S. Eusebius, XII, 141 *seq.*)

Fenestræ coloratæ.

De fenestris coloratis, Sidonius Apollinaris, LVIII, 487. — Basilica ædificata a Bugge filia regis Angliæ, S. Aldhelmus, episc. Shireburn., LXXXIX, 290. — De vitro, Rabanus Maurus, CXI, 474. — Vitreæ eccles. S. Dionysii describuntur, Sugerius, abbas S. Dionysii, CLXXXVI, 1231, *seq.*

Figulinæ.

Theodoricus figulinas concedit et protegit, Cassiodorus, LXIX, 558.

Fodinæ, metalla.

De cultu feminarum; Angeli mali metalla denudarunt, Tertullianus, I, 1306. — Ferrariæ venæ inquirendæ, Cassiodorus, LXIX, 590. —Fodinæ rusticianæ, *ibid.*, 768.—Metalla aurum, argentum, electrum, stannum, plumbum, ferrum, Rabanus Maurus, CXI, 474, 479. — Metalla, aurum, argentum, plumbum, stangnum (stannum), cuprum, messing, ferrum, chalybs, S. Hildegardis, CXCVII, 1347-1350.

CCXXVII.

INDEX

DE VESTIBUS SACERDOTALIBUS, MONASTICIS ET LAICALIBUS,

QUORUM FIT MENTIO IN PATROLOGIA,

EXPONENS MYSTICAM ILLORUM SIGNIFICATIONEM.

—

PARS PRIMA.

De vestimentis Summi Pontificis et sacerdotum in Veteri Testamento.

1. Femoralia linea, sive feminalia quæ usque ad genua et poplites fiunt ad tegenda sacerdotis verenda, braccæ quoque vocantur. — 2. Tunica byssina talaris, corpori adhærens, cum strictis manicis, et usque ad crura descendens; nulla ruga in ea esse debet, in militibus eadem camisia vocatur. — 3. Balteus, seu cingulum, vel zona, texitur sub tegmine cocci, purpuræ, hyacinthi et stamine byssino ac polymita arte distinguitur. Tunicam lineam inter umbilicum et pectus stringit balteus. — 4. Pileolus rotundus; a Græcis tiara, a nobis vero, galerus vocatur, non habet acumen in summo et byssinus est.

Hæc sunt vestimenta communia sacerdotum et summi pontificis, sequentia vero propria sunt summi pontificis. 1. Tunica talaris, apud Hebræos, *mail* dicta, tota hyacinthina, habens manicas ejusdem coloris et superiori parte aperta qua collo induitur. Ad imam partem pendent duo et septuaginta tintinnabula totidem malis punicis inter mista, ut ingrediens ad Sancta sanctorum pontifex totus vocalis incedat, statim moriturus nisi hoc faciat. — 2. Ephod, id est superhumerale, quatuor coloribus, scilicet, hyacintho, bysso, cocco, purpura, et ex auro contextum. Contra pectus nihil texitur, ut locus Rationali relinquatur. In utroque humero habet singulos lapides astrictos auro quorum in singulis sena patriarcharum nomina sunt, ut Sancta sanctorum ingrediens pontifex nomina populi pro quo rogaturus est in humeris portet. — 3. Theraphim, seu logion, quod rationale vocamus, est pannus brevis ex auro et quatuor coloribus textum, habens magnitudinem palmi per quadrum. Intexti sunt ei duodecim lapides pretiosissimi per quatuor ordines. In singulis lapidibus secundum ætates, duodecim tribuum nomina sculpta sunt. Per quatuor rationalis angulos, quatuor annuli sunt aurei quibus adnectitur super humerali vittis hyacinthis catenisque aureis. — 4. Lamina aurea in qua scriptum est ineffabile Dei nomen quatuor litteris hebraicis. *Jod, he, vau, he*, id est *Jeovah*. Hæc super pileolum lineum et commune omnium sacerdotum, in pontifice plus additur, et in fronte vitta hyacinthina constringitur, totamque pontificis pulchritudinem, Dei vocabulum coronat et protegit, S. Hieronymus, XXII, 613.

Octo sunt vestimenta sacerdotalia Veteris Testamenti. — 1. Podaris, vestis linea corpori astricta, usque ad pedes descendens, quæ vocatur etiam camisia. — 2. Abaneth id est cingulum, polymita arte ex cocco, purpura, hyacinthoque contextum ita ut flores, gemmæque in eo viderentur distinctæ — 3. Pileum ex bysso rotundum, caput tegens sacerdotis, in occipitio vitta constrictum, hoc Græci, et nostri tiaram, vel galeriam vocant. — 4. *Mahil*, id est tunica talaris, tota hyacinthina habens ad pedes 72 tintinnabula totidemque intermista mala punica. — 5. Ephod, pallium superhumerale ex quatuor coloribus et auro contextum, habens in utroque humero duos smaragdos auro conclusos in quibus erant sculpta nomina patriarcharum. — 6. Logion, id est rationale, pannus duplex, auro et quatuor textum coloribus, habens magnitudinem palmi per quadrum, cui per quatuor ordines intexti erant XII lapides pretiosissimi in singulis quarum insculpta duodecim patriarcharum nomina. — 7. Petalum, seu lamina aurea in fronte pontificis posita quæ nomen de *tetragrammaton* Hebraicis litteris habebat scriptum. — 8. *Badim*, seu femoralia, id est Græcæ lineæ usque ad genua pertingentes quibus verec unda sacerdotis velabantur, S. Isidorus, LXXXII, 684 *seqq*.

Apud Ven. Bedam eximia exstat descriptio atque mystica interpretatio Vestium sacrarum antiquæ legis. Istæ autem sunt : rationale, pectoris habitus; superhumerale, humeros cooperiens; tunica interior, linea vel byssina; tiara byssina, seu cidaris, lamina aurea in fronte posita; balteus, seu cingulum, femoralia. Ex his octo vestimentis, quatuor sacerdotibus minoris ordinis concedebantur; femoralia videlicet, linea stricta vestis, balteus et cidaris. Cuncta autem fiebant de auro, pretiosis lapidibus eximiisque coloribus, quia nihil vile aut sordidum in sacerdotis ore, vel opere debet apparere, sed cuncta quæ agit, universa quæ loquitur, omnia quæ cogitat et coram hominibus præclara, et in conspectu interni arbitri oportet, esse gloriosa, Ven. Beda, XCI, 464.

Erant autem octo species vestium sacerdotalium in Veteri Testamento, scilicet : tunica linea, tunica hyacinthina, superhumerale, rationale, cidaris, balteus, seu cingulum, lamina aurea in fronte Pontificis et feminalia minoris vero ordinis sacerdotibus, quatuor tantum licebat uti : tunica linea stricta, cidari, balteo, et femoralibus. (Vide fusius apud auctorem ipsum.) Alcuinus, CI, 1238 *seq*.

Rabanus Maurus recenset indumenta pontificis ac sacerdotum Veteris legis, jam a nobis supra pluries exposita, CXI, 568. — Exponit quoque variarum aliarum vestium nomina et origines de quibus dicemus infra ad Isidorum Hispalensem, LXXXII, 693.

Descriptio et mystica significatio sacrarum vestium in Veteri et Novo Testamento, Ivo Carnot., CLXII, 524. *seq*.

Octo sunt vestimenta pontificis apud Hebræos, scilicet : tunica byssina, zona, tunica hyacinthina, e qua pendebant 72 tintinnabula aurea totidem malis granatis intermista, superhumerale seu ephod, rationale seu logion, mitra, sive tiara, aut cidaris, lamina aurea et femoralia, Hugo a S. Victore, CLXXV, 434.

Eadem quæ supra exponit hic auctor consulendus est, Thomas, Cisterciensis monachus, CCVI, 663 *seq*.

Quatuor erant indumenta legalia tam minoribus sacerdotibus quam principi sacerdotum communia : 1° femoralia de bysso retorta contexta; 2° camisia, seu linea subucula byssina et duplex; 3° balteus, quatuor digitis latus, contextus de bysso, cocco, purpura et hyacintho; 4° tiara, seu infula, aut cidaris, formam quasi rotundæ cassidis repræsentans.

Propria vero pontificis ornamenta erant : 1. Tunica hyacinthina, id est poderis, seu talaris vestis ex qua pro fimbriis pendebant malagranata cum tintinnabulis duo et septuaginta interposita, ut audiretur sonus cum pontifex sanctuarium ingrederetur, ne forte moreretur. — 2. Ephod, id est superhumerale, de quatuor coloribus auroque contextum, sine manicis ad modum calobii, habens aperturam in pectore quadram, in qua *logion*, seu *rationale* inserebatur. Super humeros infibulati erant auro duo lapides onychini in quibus duodecim nomina filiorum Israel erant insculpta. — 3. Logion, seu rationale quod pontifex ferebat in pectore habens duodecim lapides per ordines quatuor in quarum singulis scripta erant duodecim filiorum Israel nomina. In rationali quoque sculpta erant hæc duo verba : *Doctrina et veritas*. — 4. Capitis ornamentum erat cidaris habens circulum aureum cum malis granatis ac floribus. — 5. Lamina aurea supra frontem posita in qua erat scriptum sanctum Dei nomen tetragrammaton, Innocentius III, papa, CCXIV-CCXVII.

PARS SECUNDA.

Legalium indumentorum typica significatio.

Femoralia byssina terram figurabant quia byssus de

terra gignitur balteus, seu cingulum cum vittis circumvolutionem Oceani designabat. Tunica hyacinthina, ipso colore aera præferebat; per tintinnabula sonitus tonitruum indicabatur; per mala granata, coruscationes et fulgura. Quatuor colores, quatuor elementa adumbrabant. — Ephod sua varietate cœlum sidereum ostendebat; duo lapides onychini solem et lunam, vel duo hemispheria denotabant duodecim gemmæ, apostolos et duodecim signa Zodiaci præferebant. Rationale, rationem divinam qua omnia sunt plena, quaque terrena cœlestibus hærent. — Catenæ, uncini, annuli, colligamenta elementorum et temporum signant. Cidaris, cœlum empyreum. — Lamina superposita, Deum omnibus præsidentem; unde in Sapientia XVIII, dicitur : *In veste poderis totus erat orbis terrarum et parentum magnalia in quatuor ordinibus erant sculpta, et magnificentia tua in diademate illius erat scripta.*

Moralis earumdum vestium significatio.

Femoralia, castitatem indicabant. Linea vestis, innocentiam; — zona, resecationem concupiscentiæ; — vestis talaris, perseverantiam in bonis operibus; — tintinnabula prædicationem veritatis et malagranata, bona opera; — ephod, patientiam ac obedientiam; — duæ oræ ephod, arma justitiæ a dextris et a sinistris; — duo onychini, veritatem et sinceritatem; — duodecim nomina, conjunctionem bonorum desideriorum cum bonis operibus; — duæ catenulæ, duplicem charitatis affectum, erga Deum et proximum; — rationale, discretionem inter lucem et tenebras; — quadratura rationalis, discretionem veri et falsi, boni et mali; — quatuor lapidum ordines, quatuor virtutes, justitiam, scilicet, fortitudinem, prudentiam et temperantiam; — duodecim lapides, varias virtutes quas pontifex habere debet; — cidaris seu tiara, supereminentem pontificis dignitatem; — lamina aurea, sapientiam; — nomen Dei tetragrammaton, Deum ipsum omnium principium et finem; — varietas operis, varias virtutes; — quatuor colores, purpura scilicet, potestatem; coccus bis tinctus, pontificalem doctrinam quæ ut ignis lucere debet et ardere; — byssus, præclaritatem famæ; — hyacinthus, conscientiæ serenitatem, S. Innocentius III, papa, CCXVII, 786 *seq.*

PARS TERTIA.

Quæ fuerint pontificum ac sacerdotum Novæ legis vestes earumque mystica significatio?

Lacerna et byrrus, indumenta linea omnibus episcopis communia, alii illa ephod nuncupant, juxta Italos vero, rochetum dicitur. — Byrrus erat rubei coloris. — Dalmatica. — Aliud indumentum sacerdotale, S. Cyprianus, III, 1504.

Nota. — Cum sanctus Cyprianus in agrum Sexti, ubi martyrium passurus erat productus fuisset, ibi se lacerna byrro expoliavit, et genua in terra flectens in orationem se Domino prostravit et cum se dalmatica expoliasset et diaconibus tradidisset, in linea stetit et cœpit spiculatorem sustinere.

Dalmatica, seu colobium purpureum, vestimentum sacerdotale quo etiam ornabantur sepeliendi martyres, Victorinus, episc. Pictav., V, 158. — Vestis talaris erat sacerdotale indumentum, *ibid.*, 318.

Planeta, seu planica quæ in vestibus sacris casula dicitur, quasi parva casa, quia olim totum hominem, instar casæ, tegebat planeta ad pompam erat composita, ampla ac splendida erat, Cassianus, XLIX, 60 *seq.* — Birrus, seu byrrus censetur fuisse genus pallii brevioris, ecclesiasticis et monachis olim usitatum. Nunc lineum erat, nunc vero sericum ac pretiosum. Fuit autem antiquus episcoporum habitus ut primo vesti communi super induerint lineam seu lineum indumentum quod *rochetum* vocant; deinde vero solutam tunicam manicatam, dalmaticam nuncupatam, ac denique palliolum breve humeros tantum et brachia tegens, *ibid.*, 73.

Sacerdotes et levitæ, vestibus albis, in re sacra utebantur. Erat, ait Gregorius Turonensis, sacerdotum ac levitarum in albis vestibus non minimus chorus.

Vestes sacræ de quibus apud hunc auctorem mentio fit :

1. Alba, seu vestis linea qua episcopus aut sacerdos celebraturus, induebatur. — 2. Tunica, seu casula. — 3. Orarium, in medum crucis ante pectus positum. — 4. Capsa quæ nunc cappa vocatur, cujus pars posterior ex humeris dependebat; eamdem S. Cyprianus processoriam vocat. S. Germanus, episc. Paris., LXXII, 146.

Sacram supellectilem veteres, uno vocabulo, ministerium Ecclesiæ appellabant :

1. Calix, erat vas aureum, argenteum, vel vitreum, aut crystallinum ad sacrum conficiendum. — 2. Patena. — 3. Turres, seu tribuna in quibus calix reponebatur. — 4. Urceus, seu urceoli ad vinum et aquam ministrandum. — 5. Palla corporalis, linea. — 6. Coopertorium sericum, seu holosericum. — 7. Velum. — 8. Thuribulum. — 9. Flabellum quo diaconus muscas a sacris et a sacerdote abigebat. — Sacerdos itinerans calicem cum patena secum auferre consueverat, ut semper paratus esset ad sacra facienda cum illud necessitas postularet, *ibid.*

Lacerna, erat indumentum clericale usque ad talos fluens. — Camelanchium, quoddam caputium, aliquoties vero, pileus similis tiaræ. — Camisia, indusium lineum, in quo dormiens erat. — Poderis, tunica sacerdotalis linea, corpori astricta usque ad pedes descendens. — Caracalla, vestis sacerdotalis quæ super indumentum ponebatur, et sine cucullo erat. — Quidam Romanus imperator, ab hoc vestimento, Caracalla cognominatus est quod illud populo dederat. — Colobium, vel libiton, erat linea vestis, cucullo ac manicis carens; in dalmaticam mutata est quæ auro et purpura contexebatur, *Vitæ Putrum*, LXXIV, 413-424.

Varia Romanorum pontificum et cleri ejusdem Ecclesiæ ornamenta, ex Ordine Romano, jussu Gregorii X edita desumpta.

1. Cappa, seu clamys de veluto cremosaro, foderata de herminis. — 2. Alba Romana. — 3. Camisia, longa vestis linea. — 4. Orarium, seu stola sacerdotalis. — 5. Planeta, seu casula. — 6. Mantum. — 7. Annulus. — 8. Calceamenta rubea, Papalia. — 9. Pluvialis aut pluviale. — 10. Mitra, vel infula, aut cidaris, seu tiara, et diadema sive corona quæ etiam regnum vocabatur. — 11. Mantellum rubeum. — 12. Infula rubea de scarleto, id est de purpureo, aut coccineo colore, — 13. Tunicæ et vestes de scarleto. — 14. Cingulum de serico rubeo super camisiam. — 15. Manipulus, seu manipulum. — 16. Fanon, sacerdotale palliolum. — 17. Amictus, seu anabulagium. — 18. Subcinctorium. — 19. Pectorale. — 20. Tunicella. — 21. Dalmatica. — 22. Chirothecæ. — 23. Capiturgium, quod est subtile velum capiti impositum. — 24. Baculus, seu cambuta. — 25. Pallium tribus spinulis aureis aptatum. — 26. Superpellicium, aut superpelliceum. — 27. Mitra aurifrisiata in circulo utitur papa festivis diebus. — 28. Rochetum. — 29. Claves et ferula. — 30. Caligæ. — 31. Sandalia. — 32. Rosa aurea cum balsamo et musco, a papa benedicta, Dominica *De lætare.* — 33. Crux pectoralis. — 34. Gremiale quod ponitur super pectus pontificis dum sedet.

Diaconi et subdiaconi vestes.

Diaconus habere debebat : — 1. Amictum. — 2. Albam. — 3. Cingulum. — 4. Stolam. — 5. Dalmaticam.— 6. Manipulum.

Subdiaconus vero habere debebat · 1. Amictum. — 2. Albam. — 3. Cingulum. — 4. Tunicellam. — 5. Manipulum.

Acolythi autem omnes induti esse debent cottis, seu superpelliceis.

Domnus papa celebraturus in loco ubi non erat Ecclesia, auferre debebat, cum capella, altare portatile, pannum sericum quod dorsale dicitur, aurifrigium ad faciem altaris ornandam, crucem super altare ponendam; pallam, corporale, calicem, patenam ampullas, pro vino et aqua ad sacrificium, vasculum quod continet hostias, cantilum seu vas pro aqua necessaria in ministerio, thuribulum et naviculam cum thure et cochleari et libros, videlicet, Missalem, librum Evangeliorum et Epistolarum, tobaleas, ad tergendum os et nares; is qui serviat mitram habere debet quoque tobaleas ad tenendam ipsam mitram et aliam extendendam super gremium pontificis quando sedet. Alias quoque tobaleas habeat et alios pannos sericos quibus uti possit si necesse est. Deferant quoque pecten, et tapetia et alia ornamenta coloris diei, æstivo tempore, flagellum ad abigendas muscas a ministerio. Sacra R. E. quinque coloribus utitur in sanctis vestibus, scilicet, albo, rubro, viridi, violaceo et nigro.

Ordo offerendarum atque induendarum summo pontifici celebraturo vestium.

1. Subdiaconus calciet eum caligis et sandaliis. — 2. Calciatus pontifex cappam deponit, et remanet in camisia linea quam semper habere debet supra laneas vestes quando ad celebrandum vadit. —3. Amictus.—4. Alba.— 5. Cingulum cum succinctorio. 6. Crux pectoralis. — 7. Stola. — 8. Tunicella. — 9. Dalmatica. — 10. Chirotheca. — 11. Planeta. — 12. Pallium. — 13. Manipulum. —

14. —Mitra.— 15. Annulus, S. Gregorius papa, LXXVIII, 958, 1156.

Nota. — Perutiliter consulatur totus hic ordo ab iis qui fusius discere volunt antiquiores S. R. Ecc. liturgicos ritus.

Sacræ vestes a S. Gregorio ad Angliam missæ, hæ sunt : Una mappa oloserica saphirei sivi azurei coloris, cum aureis circumferentiis et lapidibus in parte anteriori ornata; duæ cappæ olosericæ purpurei coloris, aureis circumferentiis adornatæ; tres cappæ olosericæ purpurei coloris, opere polymito, aurei et lactei coloris ex omni parte contextæ et una casula haloserica purpurei coloris, aurea textura et lapidibus adornata, Vener. Beda, XCV, 314 *seq.*

Enumeratio sacrorum ornamentorum tempore B. Alcuini usitata. — 1. Sandalia, seu soleæ. — 2. Superhumerale quod fit ex lino purissimo.—3. Alba seu poderis usque ad talos descendens. — 4. Cingulum. — 5. Orarium seu stola; dicitur orarium quod prædicatoribus conceditur. 6. — Dalmatica, a beato Sylvestro papa instituta. — 7. Mappula, qua nasus et sudor deterguntur. — 8. Casula quæ super omnia indumenta ponitur. — 9. Pallium archiepiscoporum, Alcuinus, CI, 1242 *seq.*

Nota. — Vide apud eumdem auctorem, harumce vestium typicam significationem, quam e variis Patribus desumptam ad illius quæstionis calcem expositari sumus.

Quæ sint sacra sacerdotum indumenta, quæ sit etiam illorum mystica significatio, Amalarius, Metensis, episc., CV, 1094 *seq.*

Sacerdotalia ornamenta, a Rabano Mauro, nuncupata :

1. Superhumerale, seu amictus. — 2. Alba, seu poderis, linea tunica talaris. — 3. Cingulum, sive balteus. — 4. Phanon, seu mappula. — 5. Stola, vel orarium. — 6. Dalmatica — 7. Casula quam Græci planetam vocant.— 8. Sandalia. — 9. Pallium, Rabanus Maurus, CVIII, 306. (107)

Nota. — Auctor ille recuset quoque nomina et origines variarum aliarum vestium quas exponemus ad Isidorum Hispalensem, LXXXII, 693.

Mentionem facit de pontificalibus vestimentis et de illorum significatione Joannes, Rothomagens. episcopus. Juxta eum hæc vero sunt : 1. Amictus. — 2. Camisia linea quam albam, seu pectoralem, aut vestem talarem appellat. — 3. Cingulum. — 4. Stola seu orarium. — 5. Dalmatica. — 6. Casula. — 7. Sandalia. — 8. Pallium. — 9. Baculus. — 10. Superhumerale. — 11. Culubium, seu vestis sine manicis. — 12. Sudarium, quo tergitur sudor, Joannes, Rotomag. episc, CXLVII, 208. Eximia invenietur discriptio, ac explicatio typica sacrarum vestium, in Veteri et Novo Testamento, Yvo, Carnotensis, CLXII, 521 *seq.*

Stola derivatur a voce Græca στολη; id est, vestis talaris; vocatur quoque orarium ab orando, sive prædicando, quia nulla fit communis oratio sine stola, Hugo de S. Victore, CLXXV, 37.

Nota. — (exponit etiam nomina aliarum sacrarum vestium earumque mysticam significationem utiliter consuletur.)

Easdem sacras vestes nominatim ac in mystico sensu describit Anselmus, Halverbergensis episcopus. Juxta eum, lingua, seu linguæ aut alæ superpellicei, charitatis largitatem et doctrinam significant, CLXXVIII, *passim.*

Designatio vestium sacerdotalium ac monachorum earumque moralis interpretatio, Sicardus, Cremonensis episcopus, CCXIII, 57 *seq.*

Sex sunt indumenta communia episcopis et presbyteris, videlicet : Amictus, alba, cingulum, stola, manipulus et planeta. — Novem autem ornamenta pontificum specialia; caligæ, sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, mitra, chirothecæ, annulus et baculus. — Pallium autem, metropolitanorum, et primatum ac patriarcharum proprium est, ut per illud a cæteris episcopis discernantur et privilegiatum obtineant, Innocentius III, papa, CCXVII, 780 *seq.*

Sacrarum vestium novæ legis mystica et moralis interpretatio.

Sacrarum vestium pontificum ac sacerdotum novæ legis mystica ac moralis interpretatio juxta sanctos Patres et præsertim sanctum Brunonem Signiensem episcopum, tomo CLXIV, 406 ac 1104 *seq*; Honorium Augustodunensem, tomo CLXXII, 604 *seq.*; Hugonem de Sancto Victore, tomo CLXXVI, 434 *seq.*; et Innocentium III, tomo CCXVII, 786 *seq.*

1. Amictus significat justitiam, castitatem, humilitatem et spem cœlestium, occultationem divinitatis in Christo et bonorum operum fortitudinem.

2. Alba, innocentiam, munditiem, vitam angelicam, candorem ac novitatem vitæ quam habuit Christus, nobisque in baptismo tribuit ac justificationes sanctorum.

3. Stola, seu orarium, jugum Domini quod sibi imponit sacerdos, patientiam ac obedientiam.

4. Cingulum, mentis custodiam, castitatem ac carnalium desideriorum repressionem, justitiam quoque et fidem secundum Prophetam : *Et erit justitia cingulum lumborum ejus et fides cinctorium renum ejus.*

5. Manipulum, bona opera, omnium animæ sordium extersionem et emundationem cautelam quoque, bravium et præmium.

6 Casula seu planeta, perfectam charitatem omniumque virtutum decorem, ac duplicem designat Ecclesiam, seu Vetus et Novum Testamentum.

7. Dalmatica largam misericordiam, bonorum operum exercitium, promptitudinem ad omnia charitatis munia, obeunda, curam proximi et maxime pauperum et vitæ activæ sollicitudines.

8. Cappa, sanctam conversationem ac omnium virtutum quibus fulgere debet pontifex, splendorem.

9. Pallium, onus pontificalis dignitatis et pontificis sapientiam et doctrinam perfectionemque charitatis ac disciplinam qua seipsum et subditos regere debet.

10. Sandalia, præparationem ad annuntiandum Evangelium pacis.

11. Mitra, gloriam et honorem quibus Christus coronatus est, fastigium et supereminentiam episcopalis dignitatis.

12. Chirothecæ, manuum ac cordis munditiem ac bona opera, cautelam de bonis operibus faciendis, ac similitudinem peccati absque peccato.

13. Baculus, potestatem Christi gregis regendi ac pascendi.

14. Annulus, fidei sacramentum in quo Christus suam sanctam sponsam subarrhavit Ecclesiam, signum, seu vinculum ac pignus unionis pontificis cum Christo et Ecclesia.

15. Vittæ episcopi sollicitudines.

16. Crux pectoralis, pro lamina aurea, veteris legis ponitur.

17. Superpelliceum, morum castitatem.

18. Tiara, seu regnum summi pontificis, duplicem illius potestatem significat.

19. Baculus cantoralis, cantores invitat ut properent in via mandatorum Dei aliosque exhortari satagant ad alacriter laudes Dei persolvendas.

20. Calix sepulcrum adumbrat; patena, lapidem sepulcri; corporale, palla, sindonem in quo Christus involutus est; ara, autem, crucem.

21. Romanus pontifex pastorali virga non utitur, quod beatus Petrus baculum suum misit Euchério, primo episcopo Trevirorum, quem una cum Materno et Valerio ad prædicandum Evangelium genti Teutonicæ destinavit. Cui succepit in episcopatu Maternus, qui per baculum sancti Petri de morte fuerat suscitatus. Quem baculum cum magna veneratione usque nunc servat Trevirensis Ecclesia.

22. Quatuor principales colores quibus utitur Ecclesia, secundum dierum proprietates, sunt, albus, rubrus, niger et viridis, sicut in legalibus, quatuor colores erant, nempe : byssus, purpura, hyacinthus et coccus, Innocentius III, papa, CCXVII, 786 *seq.*

PARS QUARTA.

Quæ fuerint monachorum ac monialium vestes.

1. Cingulum, nam Monachus, ut bonus Christi miles, semper accinctis lumbis incedere debet.

2. Cucullus, vel cucullio, aut cuculla, caput et humeros ambiens et protegens, simplicitatis ac innocentiæ symbolum erat. In acumen desinebat, in hieme villosa, ac in æstate tenuis. Aliqui Ultramontani cucullam floccum, vel frocum appellant, habitum longum et amplum manicis carentem. Ægyptii monachi cuculla indesinenter utebantur, diebus ac noctibus, eratque persæpe cruce purpurea insignita.

Colobium quod dicebatur quoque libitonarium, vel levitonarium, seu lebeton, vel lebiton, manicis earum et quamdam habens similitudinem cum tunicellis ; modo albi coloris erat, modo vero, pulli, fusci aut nigri ; mortificationem atque promptam ad omne bonum opus dispositionem indicabat.

4. Rebrachiatoria quæ succinctoria, redimicula et analabus quoque vocabantur, erant quoddam scapulare ab humeris pendens sicut crucis jugum.

5. Mafors, sive mavors, alias maforte, vel mavorte, et

in plurali mafortes, erant angustum palliolum collum atque humeros tegens. Vilis erat pretii et humilitatem indicabat. Stolam illud Græci vocabant, Latini vero *ricinium*, alii etiam humerale nuncupabant.

6. Planeta seu planica quæ in vestibus sacris alio nomine casula dicitur, quasi parva casa, quia totum hominem instar casæ antiquitus tegebat. Exstant etiam nunc in quibusdam monasteriis planetæ ex omni parte rotundæ totum hominem circumdantes.

7. Birrus seu byrrus censetur fuisse pallioli genus, ecclesiasticis et monachis olim usitatum. Nunc lineum, nunc vero sericum, et pretiosum erat.

Talis fuit antiquus episcoporum habitus : primo, vesti communi superinduebant lineam, seu lineum indumentum quod *rochetum* vocabant, dein vero solutam tunicam manicatam, alio nomine *dalmaticam* ac denique palliolum breve humeros tantum et brachia tegens.

8. Ultimus habitus monachorum est *melos*, pellis caprina seu ovina quæ melotes vel pera appellatur. Erat vestis e pelle ovina vel caprina confecta quam gestant monachi ad imitationem eorum qui in Veteri Testamento vitam eremiticam agebant. A quibusdam penula, et ependytes vocabatur. A collo pendebat usque ad lumbos.

9. Baculum quoque portabant ad prophetarum imitationem, ut firmiter in via mandatorum Dei incederent.

10. Calceamenta; cum ista, veluti præcepto evangelico sibi interdicta arbitrarentur, tantummodo caligis suos muniebant pedes, cum infirmitas corporis, vel hiemis matutinus rigor, seu meridiani æstus fervor exigeret.

11. Cilicium, quoddam indumentum rigenti pilo, clavis, cuspidibus, horridum ad carnem macerandam aptatum. A sacco distinguebatur. Cassianus monachus, XLIX, 60-65.

Dentur ab abbate omnia quæ sunt necessaria, id est cuculla, tunica, pedales, caligæ, bracile, cultellus, graphium, acus, mappula, tabulæ, ut omnis auferatur necessitatis excusatio.

Cuculla debet esse villosa per hiemem et in æstate pura et vetusta. — Scapulare, propter opera; erat apertum ex utroque latere; pars quæ ante et retro pendebat usque ad talos pertinebat. — Indumenta pedum, pedales, et caligæ. — Stramenta lectorum sufficiant, matta, sagum, lena et capitale. — Cuculla quoque a sanctimonialibus gestabatur, et ea induti ad sacram communionem accedebant monachi, unde concludere licet illam postea totum corpus subtexisse; cappa etiam vocata est. — Itinerantes pro floccis, poterunt uti cappa rotunda, flocco breviori, ex utraque parte aperta, cui desuper assutum est caputium. Subtus vero cappam, scapulare deferant et capellum de filtro, nigrum, non hirsutum sed planum. Juxta alios, labentibus annis, cuculla facta est vestis ampla, talaris, manicata, habens speciem crucis per quatuor partes extensæ. — Flocus, vel frocus vocabatur quoque cuculla major, aliquando caputio carens, aliquoties vero, caputium habens. — Colobium tunica linea erat, perparvas habens manicas, ut indicaret vitam sine hypocrisi; a quibusdam cotardia vocabatur.— Coquinarii autem gestabant tunicas ex sacco, et cucullas ex segestri.

Benedictini monachi non utebantur camisiis vel interulis, sed tantum ciliciis sicut et Carthusiani ac Cluniacenses, excepta infirmitatis causa, ubi stamineis utebantur. Aelredus tamen virginibus suis duas stopaceas camisias, vel stamineas concessit.

Pedales quos S. Benedictus suis concessit erant calcei qui pedem tegebant et caligæ subtalares, vel socci qui pedem non cooperiebant et ligabantur. — Tibiacum, tibiam induebat. — Ocreæ alii calcei erant et in lingua Teutonica botæ vocabantur. — Sandalia erant quoddam caligæ genus. — Aliquando clavatæ erant propter itinera; in hieme vero, ligneæ et pellicea. — Femoralia femora induebant. — Braccæ inferiorem corporis partem stringebant. — Fasciola erat quædam pars monachorum vestium. — Mannariola ac facitergia erant lintea ad monachorum usus.

Hæc diversa vestimenta apud varios ordines varii coloris erant. Apud quosdam nigri coloris, apud quosdam vero, albi, apud alios autem, fusci.

Candidum colorem deferunt cum Cisterciensibus, Camaldulenses, Carthusienses, Cælestini et Olivetani; multæque sanctimoniales utebantur indumentis laiis et lactinis.

Monachorum vestimenta, non nimis curta vel brevia erant, nec longiora, sed mensurata. Illud autem nimis curtum habebatur quod talum non attigit; longius vero, quod ad humum defluit et pulverem movet.

Quædam alia monachorum indumenta vocabantur : sotularis, pellicia gemella, et nocturnalis. Alia quotannis dabantur, alia autem, singulis duobus annis, alia de triennio in triennium.

Monachorum capitis tegumentum vocabatur aliquando biretum.

Juxta quosdam, monachorum calcei crepidæ appellabantur, et in aliis regionibus viltronæ. Wantos, seu chirothecas ferebant in via. Benedictus monachus, LXVI, 772 *seq.*

Monachorum lectorum stramenta.

1. Matta, teges e juncis contexta; hanc solo substernebant monachi, hæc erat quotidianum scamnum, hæc culcitra, hæc plumeila, hæc stragulum, hæc omnis lecti commoditas. Super mattam dormiebant, imo super unam illius partem jacentes, altera corpus contegebant. Mattæ assidebant, ea pro sede utentes. In matta oraturi genuflectebant, super mattam morituri deponebantur. Inde colligi licet mattam esse stratum durum mortificationi aptum.

2. Sagum, erat stramentum, aut e grosso lino aut de cannabe factum et fere in modum sacci formatum et super mattam positum, quod monachi pro lectisternio habebant. Recentiori vero sensu, sagum illud est quod continet vel paleas vel fenum. Sagellum quoque vocabatur. Intelligi etiam potest, gallico sensu, *une grosse serge velue à mettre sur le matteras.*

3. Læna, toga duplex, species vestis villosa quam nos toxam, alii vero gainapem, aut ga.banem vocant, seu stragulum villosum ad repellendum frigus aptum.

4. Capitale, est cervical, lana, paleis, aut plumis plenum, quod nos plumacium dicimus. Hæc quidem stramenta, S. Benedictus fratribus indulsit.

S. Pachomius, a Cœlo monitus, jussit suos monachos dormire sedentes in sedibus supinioribus, superjectis stragulis.

De regula Isidori, monachorum stratus erat storea, seu teges, stragulum, pellesque lanatæ duæ, gainabis quoque et fecis tergium geminusqui ad caput pulvinus.

Brachile existimatur a quibusdam esse brachiorum indumentum; illud reddit in versione sua Gallica Juvenalis : *Manche, manchon.* Verisimilius autem haberi potest pro cingulo, vel zona qua braccæ ligantur. Graphium, stylus erat quo monachi in cera scribebant.

Mappula est sudarium ad tergendum nasum aptum.

Mensuræ sunt pugillares in quibus scribebatur. Benedictus monachus, LXVI, 792 *seqq.*

Vestimenta alio colore non induant monachi nisi laia, lactina, aut nigra nativa. S Aurelianus, Arelatensis episc , LXVIII, 391.

Juxta auctores VI sæculi, sunt quædam monachorum vestimenta.

Antiqui apud Ægyptios Christiani induebantur vestibus albis; monachi vero pullis aut nigris. — Epydentes erat scapulare monachorum. — Camelanchium, quoddam caputii genus. — Eriaciestes, tunica lanea acu consuta.— Esophorium, vestis interior, seu camisia. — Lebiton, lebeton, lebitonarium, levitio, vestis linea, colobii instar, qua monachi utebantur per Thebaidam et Ægyptum, persæpe sine manicis erat. — Psiathus, psiathius, vel psiathium, teges erat seu storea ex junco aut papiro confecta *Vitæ Patrum*, LXXIV, 415-486.

Monachorum vestimenta e Concordia Regularum, S. Benedicti Anianensis abbatis, desumpta : 1. Cuculla. — 2. Tunica, in hieme villosa, in æstate pura et vetusta.— 3. Scapulare vocatum quoque analabus et epomodium, seu epomodion, caput et humeros tegens et cruce insignitum.—4. Pedales, pedules et caligæ. Pedales qui totum pedem operiunt; caligæ quæ corrigiis religantur. — 5. Socci, aut calceamenta subtalaria, cuspus erat calceus ligneus. — 6. Femoralia, feminalia seu braccæ quæ plerumque ab umbilico ad poplites descendebant arcteque ad has corporis partes astringebantur. — Levitonaria, lebitonaria quæ et colobium vocabatur, quædam vestis talaris sine manicis. — 8. Sabanum, seu mavorte, maforte, mafortes, mafortium, palliolum angustum et lineum. — 9. Orarium, primum fuit linteum textile oblongum ad sudorem extergendum, deinde sericum et stola vocatum fuit. — 10. Birrus, coloris rufi, seu flavi aliquoties, vestis brevis, velut lacerna, aut penula, postea e panno pretioso factus est. — 11. Planeta, pallii genus, quæ labente tempore, facta est ornamentum sacerdotale. — 12. Camisia, seu interula staminea aut lanea ad dormiendum. — 13. Mannariora, mannariola, ceu mappula aut sudarium ad abstergendum. S. Benedictus Anianensis, CIII, 1250.

Vestimenta monachorum Fontis Ebrardi : — 1. Vela

linea. — 2. Gimpæ albæ. — 3. Tunicæ et mantelli de vilioribus pannis intonsis, nativi coloris. — 4. Manicæ, duos pedes latæ et usque ad genua longæ : — 5. Pellicia agnina pro lectorum coopertoriis. — 6. Balamia, vestis species fimbriata. — 7. Superpelliceæ albæ. — 8. Zonæ laneæ. — 9. Capillos ter in anno radere debent. — 10. Manicæ pellicearum strictæ, ad summitatem digitorum longæ et dimidii pedis latæ.

Monachi regulares habere non debent mantellos nec camisias nigri coloris, habere autem debent zonas et lumbaria lanea; pelliceos de agnis.— Cappæ eorum et tunicæ ac caligæ, sint intonsæ, unius coloris et vilis pretii. Robertus de Arbrisello, CLXXII, 1079 *seq.*

Singuli fratres habeant singulas pelles agninas, et singulas cappas, unum diploidem et duo paludamenta, duas interulas, duo paria femoralium, duo caligarum, duo pedalium, unum subtalarium; habeant quoque in lectis culcitram, capitale, linteolum, cultram et coopertorium ovinum, seu laneum, duas cottas lineas et singulas ovinas, seu agninas pelliceas. Petrus de Honestis, CLXXIII, 726.

Templariorum vestimenta.

Sint vestimenta unius coloris, alba, vel nigra, vel burella. Joannes Michaelensis, CLXXVI, 864.

Nota. —Utiliter ea de re consulentur : Honorius Augustodunensis, CLXXII, 604; S. Hildegardis, abbatissa, CXCVII, 1061; Adamus Scotus, CXCVIII, 461 *seq.* (Juxta hunc, Præmonstratenses monachi induebantur vestibus albis); Thomas Cisterciensis, CCVI, 663; Sicardus, Cremonensis episcopus, CCXIII, 57.

PARS QUINTA.

Quæ fuerint antiquitus variorum sæculariorum seu laicorum vestes utriusque sexus.

Nota. — Hanc quintam Indicis partem a S. Isidoro Hispalensi incipiendam censemus, licet non sit primus in ordine chronologico, quia, cum fere omnia antiquorum vestimenta describat, hac ratione, facilius intelligentur ea quæ de hac re ex antiquioribus Patribus decerpsimus.

Variorum apud veteres vestium civilium, seu laicorum descriptio : Vestis antiquissima fuit *perisoma*, id est, succinctorium quo tantum verenda tegebantur.—Tunica sic dicta quia in motu incedentis sonum facit. Variis nominibus appellata fuit :

1. Talaris, usque ad talos descendens; pectoralis super pectus. — 2. Manicleata, id est manicata. — 3. Dalmatica, primum in Dalmatia usitata, deinde a clero fuit adaptata, papa Sylvestro suadente. — 4. Russata, a Lacedæmoniis inventa ad celandum sanguinem coloris similitudine. — 5. Laculata, quæ lacus quosdam quadratos cum pictura habet intextos, seu acu additos. — 6. Hyacinthina, acris colore resplendens. — 7. Malochina, seu malocina aut malvella, quod malvarum stamine confecta sit, aut malvæ coloris similis. — 8. Bombycina, a bombyce verniculo. — 9. Serica, a serico. — 10. Holoserica, id est, tota serica. — 11. Tramo serica, stamine lineo, trama ex serico. — 12. Byssina, e lino contexta. — 13. Febrina, tramam de fibri lana habens. — 14. Mena, id est coloris nigri. — 15. Masticina, colore masticis. — 16. Libea, e solo lino — 17. Linostema, e lana linoque contexta. — 18. Recta, quam sursum stantes texunt. — 19. Segmentata, zonis quibusdam, et quasi præcisamentis ornata. — 20. Levidensis, leviter ornata. — 21. Pavitensis, contraria levidensi, graviter pressa. — 22. Citrosa, colorum citri habens. — 23. Velensis quæ ab insulis infertur. — 24. Exotica, id est, peregrina. — 25. Polymina, multi coloris. — 26. Acu picta, acu textilis, a Phrygiis inventa. — 27. Trilicis, a tribus liciis. — 28. Ralla, vulgo rasilis.—29. Interpula, vestis vetus ad novam speciem restaurata. — 30. Pannutia, diversis pannis adsuta. S. Isidorus, LXXXII, 684 *seq.*

Variarum gentium vestes: 1. Colobium, longa vestis, sine manicis quæ etiam lebitonarium vocatur. — 2. Lumbare, quod lumbis religatur. — 3. Limus, ab umbilico usque ad pedes fluens. — 4. Licinum, cujus textura ligatur in totum. — 5. Armelausa ,quæ et armiclausa, ante et retro aperta atque divisa. — 6. Camisa, seu camea, quacum in stratis dormimus. — 7. Femoralia, femora tegens; braccæ, seu bracchæ quoque vocantur. — 8. Tubruci, tubrici, tubraci, tibias tegentes. — 9. Tubraci, quia a brachiis ad tibias fluunt. — 10. Sarabara, seu saraballa, Parthorum vestis fluxa et sinuosa. — 11. Lenæ, Gallorum vestis, quædam saga quadra et mollis. — 12. Rhenones a Rheno, Germanorum vestis ab humeris ad umbilicum descendens, intortis villis hispida. — 13. Mastruca vestis sardica e pelliculis ferarum. — 14. Stringes, quædam Hispanorum vestis.

Variæ gentes sunt habitu, sicut et lingua discordes. Persæ brachia et crura linamentis, et caput tiara tegunt. Eminent apicibus fastigiatis Alani; sagati sunt Alemanni; Indi linteati; gemmati Persæ, sericati Seres, pharetrati Armeni. Nonnullæ etiam gentes non solum vestibus, sed etiam corpore, aliqua sibi propria insignia vindicant; sic videmus cirros Germanorum, græcos et cinnabar Gothorum, stigmata Britonum; circumcidunt Judæi præputia; pertundunt Arabes aures; flavent capitibus intectis Getæ, nitent Albani albentibus crinibus; Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis; sine equis inermes sunt Alani, Picti sibi acu corpora pingunt. S. Isidorus, LXXXII, 689 *seq.*

Virorum pallia; — 1. Pallium e pellibus de quibus primum conficiebatur, et ex eo quod scapulas tegit. — 2. Chlamys, quæ ex una parte induitur, nec consuitur, sed fibula astringitur. — 3. Toga, quod corpus operiat; pallium autem est forma rotunda effusiore, et quasi inundante sinu, sub dextro veniens, supra humerum sinistrum ponitur. Toga palmata ferebatur a triumphatoribus, ea Romæ, in pace utebantur, paludamento autem, tempore belli. Mensura togæ erat sex ulnarum. Toga candida, eademque Cretata quam ferebant candidati. — 4. Trabea erat togæ species ex cocco et purpura; erat regum et magistratuum atque augurum proprium ornamentum. Sic vocabatur quod quasi beatos eam gestantes faceret. — 5. Paludamentum erat insigne pallium bellicum imperatorum, purpura auroque distinctum. — 6. Diplois, pallium duplex. — 7. Sagum, nomen Gallicum, vestis Gallis propria. — 8. Penula, pallium cum fimbriis longis. — 9. Lacerna, pallium fimbriatum quo olim soli milites utebantur; ita dictum quod fimbriæ breviores erant. — 10. Mantum; Hispani sic illud vocant. quod manus tegat tantum; est autem breve amictum.—11. Prætexta, puerile pallium quousque ad sexdecim annos utebantur Romæ pueri nobiles; sic dicta quod ei longior purpura texebatur. — 12. Casula, est vestis cucullata, sic dicta quod quasi casa totum hominem tegit. — 13. Planeta, quoddam pallii genus, sic dicta quod oris errantibus evagatur. — 14. Birrus, capitis tegumenti species. — 15. Melotes, monachorum vestis e pelle caprina vel ovina confecta. — 16. Fimbriæ, vel oræ, aut ora, vestium fines seu terminus. S. Isidorus, LXXXII, 689 *seq.*

Feminarum pallia: 1. Regillum, prælautum reginarum amiculum. — 2. Peplum, matronale pallium e purpura signatum, cujus fimbriæ aureæ sunt.— 3. Palla, quadrum pallium muliebre usque ad pedes deductum, affixis in ordinem gemmis. — 4. Stola, matronale operimentum quod cooperto capite et scapula a dextro latere in lævum humerum mittitur; eadem et ricinium appellatur. — 5. Amiculum, est meretricum pallium lineum. — 6. Theristrum, palliolum quod gestabatur in æstate.—7. Anabolodium, amictorium lineum quo humeri operiuntur; Græci et Latini illud sindonem vocant, S. Isidorus, LXXXII, 689 *seq.*

Sequuntur varia ornamenta imperatorum, antistitum, magistratuum, virorum ac mulierum. — Ornamenta sic dicta sunt quod ora vultumque ornant.

1. Corona, quod est insigne regum et victoriæ. Romani reges atque imperatores coronas gestabant; Persæ tiaram quæ inventa est a Semiramide; Athenienses cicadas aureas, partim in vertice, partim in fronte. Gentilium vates, infula, apice, pileo, sive galero, seu galerio, aut galeario ornabantur. —2. Infula est fasciola sacerdotalis, alba in modum diadematis, e qua vittæ ab utraque parte dependent quæ infulam vinciunt. Est tortilis de albo et cocco. — 3. Apex est pileum subtile quo sacerdotes gentium utebantur; appellatur ab apiendo, id est, aligando. Virgula quæ in pileo erat, connectebatur filo facto e lana hostiæ. — 4. Pileus, dictus a pelle e qua fiebat.— 5. Diadema, capitis ornamentum ex auro et gemmis contextum. — 6. Galerus, pilei quædam species. — 7. Nimbus, fasciola transversa ex auro assuta in linteo, in fronte mulierum posito. Lumen quod circa caput angelorum pingitur, nimbus vocatur. — 8. Capitulum, quod et capitulare dicitur, est capitis ornamentum. — 9. Mitra est pileus Phrygius caput ornans; pileus in viris dicitur, in mulieribus autem, mitra. — 10. Redimicula, sunt fasciolæ quibus mitra alligatur. — 11. Ricula est mitra virginalis. — 12. Vittæ, fluentes capillos religant; vittæ a *vinciendo* dictæ sunt. — 13. Tenia, vittarum extremitas dependens. — 14. Retiolum, comas colligit. — 15. Discriminalia, caput auro discernunt. Idem est quod discerniculum. — 16. Antiæ, sunt cincinni prope auriculas dependentes.—17. Acus, crinium compaginem retinent. — 18. Inaures, ab auribus nuncupatæ; has in Græcia puellæ in utraque aure, pueri vero in dextra tantum gerebant. — 19. Torques, circuli sunt aurei a collo ad pectus dependentes; torques

et bullæ a viris geruntur, a feminis, monilia et catellæ. Sic dicti quod torquentur. — 20. Monile, ornamentum ex gemmis e munere dictum; plerumque per monile omnia mulieris ornamenta significantur. — 21. Murena, ac munerula, colli ornamentum aureum flexuosum, ad serpentis formam. — 22. Catellæ, aut catenulæ sunt quoque colli ornamentum. — 23. Dextra, dextralia, dextrachería, communia viris ac mulieribus brachiorum ornamenta. — 24. Armillæ, collatæ præcipue viris ob armorum virtutem; eædem viriolæ ac viriæ appellatæ sunt. — 25. Fibulæ, pectus feminarum ornant, vel pallium aut cingulum virorum astringunt in humeris, aut in lumbis. — 26. Lunulæ sunt ornamenta in similitudinem lunæ, bullulæ quædam aureæ dependentes. — 27. Specula, in quibus feminæ vultum intuentur. — 28. Periscelides, crurum mulierum ornamenta. — 29. Olfactoria, vascula quibus odoramenta gestantur. S. Isidorus, LXXXII, 689 *seq.*

Annulos primum homines gestare cœperunt quarto a pollice digito, quod in eo vena quædam usque ad cor pertingat, quam notandam ornandamque aliquo insigni veteres putaverunt. Apud Romanos, soli liberi aureum annulum gestabant, libertini, argenteum, servi, ferreum.

Annuli vario nomine dicebantur : — 1. Ungulus, est gemmatus, quod sicut carni ungula, ita gemma auro annuli incrustatur. — 2. Samothracius, aureus quidem, sed capitulo ferreo, a loco ita vocatus. — Thynnius, purus, primum in Bithynia fabricatus. S. Isidorus, LXXXII, 702.

De cingulis : 1. Semicinctum, aut succinctorium, et utrisque minus est cingulum. — 2. Balteus, cingulum militare. — 3. Zona, sic a Græcis vocata. — 4. Strophium, cingulum aureum cum gemmis, — 5. Limus quam habebant publici servi; sic dicta quod transversas habet purpuras seu limas. — 6. Catulus quosdam vinculi genus quod interdum canis appellatur. — 7. Filbula, vox Græca, sic dicta quod ligat. — 8. Suffibulum, quod et subligaculum dicitur. — Redimiculum quod succinctorium sive brachile aut brachiale, quia sub brachiis astringitur. — 10. Fascia qua tegitur pectus et papillæ comprimuntur. — 12. Vitta quod pectus vincit. — 13. Limbus, idem ac ornatura. — 14. Fasciola, quæ ambit vestium extremas partes, sive auro, sive ex filo contexta. S. Isidorus, LXXXII, 704.

Apud eumdem auctorem tractatur etiam de calceamentis. Sutores, sic nuncupati sunt quod insertis filo, porcorum setis suant, quasi *setores*. Caligarius, vel a callo pedum, vel a voce Græca κάλον, quod lignum significat; fiebant enim calceamenta primum e salice. Vocabantur a Græcis *calopodia*.

Hæc sunt varia genera calceamentorum : 1. Crepidæ sic dictæ, quod in ambulando crepitant. — 2. Calcei, quibus utebantur reges et Cæsares. — 3. Patricios calceos reperit Romulus; quatuor corrigiis religabantur. — 4. Ocreæ, tibialia calceamenta. — 5. Cothurni quibus tragœdi calceabantur; heroes quoque cothurnos ferebant. — 6. Baxeæ, comœdorum calceamenta; calones quoque vocabantur. — 7. Talares, subtalares, ac subtalares soccorum genus, quod talum contingant. — 8. Obstrigilli, obstragulæ, qui ex superiori parte corrigiis revinciuntur. — 9. Osæas, ab osse primum factas. — 10. Mullei, sic dicti a colore rubro. — 11. Soleæ, quibus tantum plantæ pedum teguntur. — 12. Socci, qui et socelli in quibus pars pedis intromittitur. — 13. Caligulæ, caliculæ, caligæ, a callo pedum dictæ. — 14. Cernui, socci sunt sine solo. — 15. Singulati qui et foliati et folleati, sive variis segmentis distincti. — 16. Elavati, parvis clavis muniti. — 17. Perones et sculponeæ, rustica calceamenta. — 18. Corrigiæ a coriis, vel colligatione vocantur S. Isidorus, LXXXII, 704.

Lectorum stramenta et alia quædam quæ in usu habebantur : 1. Stragulum, sic dictum quod in strate et in amictu aptum sit. — 2. Ludicra, a ludis, et theatris dicta quod ea juvenes e theatro exeuntes, suam faciem velabant quando ad lupanar ibant. — 3. Galnapes, quoddam straguli genus. — 4. Fulcra, ornamenta lectorum. — 5. Cercivalia quæ sub cervice ponuntur. — 6. Pulvillus, idem quod pulvinar, divitum culcitra. — 7. Culcitra quod pluma et tomento farciantur. — 8. Tapeta quod pedibus sternuntur. — 9. Sipla, tapeta ex una parte villosa. — 10. — Amphitepa, tapeta ex utraque parte villosa. — 11. — Mantilia, lintea pro operiendis mensis atque manibus tergendis. — 12. Mappæ, mampa, mapellæ, mensæ operimentum. — 13. Toralia, longa mappa. — 14. Sabanum, mappæ genus. — 15. Facitergium, manitergium, ad tergendum aciem vel manus. — 16. Aulaxa, vela longa et picta. — 17. — Cortinæ, vela de pellibus. — 18. Cilicia, pilis caprarum contexta. — 19. Tomentum, quo aut in filo. aut in tela tumeat. — 20. Byssus, genus lini candidissimum et mollissimum. — 21. Fibrinum, lana animalium quæ fibros vocant, ut castores. — 22. Sericum, quia id primum Seres miserunt. — 23. Placium, quædam stupa est, aut serici crassedo.

Sic enumerantur variæ vestium colores : 1. Cocceus apud Græcos, apud Latinos rubeus, seu vermiculus dicitur; est enim vermiculus in silvestribus frondibus. — 2. Conchylium, quod ex conchyliis elicitur; idem et ostrum vocatur. Conchylia incisa colorem purpureum emittunt. — 3. Ostrum, pro colore purpureo temperatur. — 4. Purpura, color rubeus e puritate lucis dictus. — 5. Ferrugo, color purpuræ subnigræ. — 6. Glaucus, color subniger, vel æquoreus. — 7. Elbidum ab albo colore vocatum. — 8. Luteus, color rubicundus, quod est croccus. — 9. Menum, vel melon, color niger. — 10. Masticinum, masticis color. — 11. Blateum, blavum, masticium. — 12. Osticium, quia ex usto est; fit ex dependenti fuligine assiduis ignibus producta; flammeus est. S. Isidorus, LXXXII, 693.

Varia mulierum et virorum ornamenta enumerat Tertullianus.

Age nunc, si ab initio rerum, et Milesi oves tonderent, et Seres arbores nerent, et Tyrii tinguerent, et Phryges insuerent, et Babylonii intexerent, et margaritæ candérent, et ceraunia coruscarent; si ipsum aurum jam de terra cum cupiditate prodiisset, si jam et speculum tantum mentiri liceret. Tertullianus, I, 1305.

Lumina lapillorum quibus monilia variantur, circulos ex auro quo brachia arctantur; medicamenta ex fuco quibus laneæ colorantur, et illum nigrum pulverem quo oculorum exordia producantur, *ibid.*, 1306.

Cultum dicimus quem mundum muliebrem vocant; ornatum quem immundum muliebrem dici convenit; ille in auro et argento et gemmis et vestibus deputatur; iste in cura capilli et cutis et earum partium corporis quæ oculos trahunt, *ibid.*

Et si quid de mare Britannico et Indico ambitio piscatur, conchæ genus est, sicut etiam de frontibus draconum et gemmas eruit, et in piscium cerebro lapidositas est. Latent in circulis smaragdi, et in peronibus uniones emergere cupiunt, *ibd.*, 1312.

Uno lino decies sestertium inseritur; saltus et insulas tenera cervix fert, et de brevissimis loculis grande profertur patrimonium. — In Deum delinquunt, mulieres quæ cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. *ibid.*, 1321.

Quid crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis. Aliæ gestiunt in conclusis coercere, aliæ ut vagi et volucres eludantur; affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, nunc in cervicem retro suggestum. Vos plane adjicitis ad pondus, collyrias quasdam vel scutorum umbilicos cervicibus astruendo *ibid.*, 1323.

Structores capillaturæ a viris adhiberi debent. — Proprias præstigias formæ et sexus virilis sibi agnoscit, barbam acrius cædere, intervellere, circumradere, capillum disponere, etiam colorare canitiem, primam totius corporis subducere lanuginem, pigmento quoque muliebri distinguere; cætera pulveris cujusdam asperitudine lævigare, tunc speculum omni occasione consulere, anxie inspicere. Tertullianus, I, 1224.

Nescio an manus spatalio circumdari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat? Nescio an crus de periscelis in nervum se patiatur arctari? Timeo ne cervix margaritarum et smaragdorum laqueis occupata locum spathæ non det. *ibid.* 1332.

Nimirum enim Deus demonstravit succis herbarum et concharum salivis incoquere lanas; scrupulosa intulit auribus vulnera et infantiæ tum primum dolentis, cicatricibus grana penderent quæ Parthi per omnia quæque sua bullarum vice inserunt. *ibid.*, 1328.

Sequuntur varia virorum a mulierum vestimenta et ornamenta a Tertulliano memorata : 1. Penula, quoddam pallii genus : *Et positis penulis orationem fecere*, I, 1172. 2. Sarabra, integumentum femorum : *Tres sanctos in fornace orantes cum sarabris et tiaris exaudivit Deus.* *ibid.*, 1171. — 3 Pileus et rudis : *Et gladiatori rudem et pileum confert in libertatis signum*, *ibid.*, 653. — 4. Cothurnus : *Sic et tragœdos cothurnis extulit*, *ibid.*, 655. — 5. Flammeum, velum quoddam erat. — 6. Apex, pileus sutilis quo flamines caput operiebant, id., II, 1259. — 7. Baxa, genus calceamenti deaurati quo utebantur mulieres, *ibid.* — 8. Beryllus, gemma ex virentibus lucidisque, nascens apud Indos, *ibid.*, 1263. — 9. Birculum, ferrum ad ungues resecandos, *ibid.* — 10. Botronates, comæ strues corymbiata, *ibid.* — 11. Byssum linus Indicus, *ibid.* — 12. Graciles aurium cutes Calendarium expendunt *ibid.*,

CCXXVIII.

INDEX EPIGRAPHICUS,

UNIVERSAS MEMORANS INSCRIPTIONES, SIVE LAPIDARIAS, SIVE NUMISMATICAS, DE QUIBUS MENTIO IN PATROLOGIÆ CURSU.

—

CCXXIX.

INDEX MUSICÆ,

VARIOS EXPONENS DE HAC SCIENTIA TRACTATUS QUOS NOBIS PRÆBET PATROLOGIA, ET COMPENDIOSAM UNIUSCUJUSQUE EXHIBENS ANALYSIM.

—

Appendix ad majores tractatus.

CCXXX.

INDEX DE PÆDAGOGIO,

ORDINE PATRUM CHRONOLOGICO DISPOSITUS,

IN QUO VICISSIM DISSERITUR DE INSTRUCTIONE ET INSTITUTIONE MORUM, DE MODIS QUIBUS EDUCARI ET ERUDIRI DEBENT PUERI, ET DE VARIIS SCHOLIS ET MAGISTRIS CELEBRIORIBUS.

—

II. — *Quibus modis educari erudirique debent pueri.* — *Exponuntur necessaria ad comparandas scientias principia.* — *Et morum informandorum diversa præcepta.* — *Quibus dotibus elucere debent tum magistri, tum discipuli.* — *Quæ vitia in iisdem vitanda.*

III. — *Notantur scholæ celebriores.* — *Etiam et discipuli et magistri.* — *Breviter indicantur elementa scientiarum et præcipua opera didascalia.*

CCXXXI.

INDEX LINGUISTICÆ,

IN QUO NOTANTUR QUÆCUNQUE TRADIDERE PATRES DE VARIARUM LINGUARUM ET IDIOMATUM ORIGINE, INGENIO, USU, ETC.

UNA SIMUL DANTUR INNOVATIONES VERBORUMVE CORRUPTIONES QUÆ LABENTIBUS ANNIS IRREPSERE, ETC.

—

MONITUM.

In isto indice non tantum præsto sunt quæ litteratorum auribus minus recte sonant, sive ob syntaxis negligentiam et sensus obscuritatem, sive ob quarumdam locutionum usum insolitum et ipsius, ut aiunt, *barbariem*, sed etiam quæ feliciter uniuscujusque invenit ingenium. Profecto enim absurda est, etsi vulgo accepta, opinio eorum qui ut fastidiosa et stomacho repugnantia quælibet medii ævi scripta respuunt. Factum hoc, ut apud Cœl. Sedulium notamus, nonnisi impiorum est hominum, quo obtinuerunt ut negligeretur antiquitatis studium : et quod triste est dictu, diutius nimium prævaluit ipsorum perversitas. Latinitas eo ipso quo *ima* seu *infima* dicatur non est ideo contemnenda, sed e contra studii cujusdam accuratioris causa efficitur. Veterum Romanorum idiomatis fortuna atque imperii eadem esse debuit, præda scilicet victorum : hic incepit longævus iste parturitionis labor ex quo ortæ sunt non subito sed gradatim recentiorum linguæ baptismo scripturarum ex integro imbutæ · et quis in dubium audeat revocare quin sibi mirabiliter unaquæque lingua tantas opes vindicaverit ? Deus ille Moysis, Christus iste Apostolorum cum suis angelis et sua dilectissima Ecclesia, deos et deas ex toto Olympo detrudit, et ubique per orbem terrarum prædicatus, linguam linguæ substituit juxta cujusque gentis morem et ingenium. Quidquid ergo mussitent antiquarum fabularum jactatores, grandia et pulcherrima orta sunt ex medii æi elvaboratione, linguarum tyronibus summe commendanda. Inter mille et millia neologismorum exempla quid auribus poetæ delicatissimis dulcius resonare possit quam hæc nunc tam trita : *Notre-Dame*, *ton Bon Ange*, *mon Clocher*, *la douce Providence*, *un beau Dimanche*, *les Saints Autels*, *la*

croix de Pierre, etc., etc. Et hæc non tantum Gallice dico, sed et Germanice, Anglice, Hispanice, Italice. Aliunde quot voces minus honestæ nequidem tolerantur Christianis auribus et e lingua radiantur. Igitur lector sedulo meminerit, quemque auctorem etiam infimæ Latinitatis suos habuisse archaismos et sibi proprium leporem : sed si aliquando barbaras voces adhibuerit eo quod verbis propriis sæpissime res novæ indigerent, hoc egit, vel ut facilius a lectoribus intelligeretur quibus ipse Latinus scriptor barbarus videbatur.

Ratio ordinis quem secuti sumus hæc est. Primum necesse credidimus unicuique auctori relinquere quæ sua sunt, ut inde difficilius gigneretur confusio. Ita vero quasi quoddam leve speculum ante oculos exponitur, cujus species et forma homogeneitatis suæ et unitatis servat characterem. Ad calcem indicis habet omnium auctorum seriem, cujus auxilio facilis est quælibet inquisitio, ratione habita, et chronologiæ temporum quam accurate notavimus, et ordinis tomorum *Novi Cursus Patrologiæ*. Præterea omnes auctores in eodem chronologico ordine largimur quo occurrunt in Novo Cursu : sed quod unicuique proprium est duplici parte distinguimus, videlicet dialectica et grammaticalis, quæ de linguis in genere aut etiam de lingua specialiter disserit, et diacritica, quæ de voce et verbis disputat. In priori inseruntur quæ soni, vocis, verborum, sermonis et scripturæ originem et usum respiciunt, sicut et grammaticæ utilitates et leges, item humani ingenii studia et labores quibus scripta de lingua in aliam linguam transiere. In posteriori vero parte disponuntur ordine alphabeti voces et locutiones notatu dignæ, in tot categoriis quot linguæ. Tres vulgo statuuntur, nempe, Hebrææ voces, Græcæ et Latinæ.

N. B. Romanus numerus dat tomum *Novi Cursus Patrologiæ*, columnam autem arabicus; ad Romanum ultimo citatum recurras quoties deficit.

fus, sive Grosphus, id est hastæ cuspis, 1194. Hiræ, 1250. Hirciæ, 1248. Hyperborei fines, 1171. Jecuscula, 1024. Imitus, intusque, 1102 not. Infulæ miserationis, 1128. Ingeniola fictionum, 1088. Insanire, pro vaticinari, 718. Insensilia, pro insensibilia, 1196. Invitare thure, 770, 781. Justa nuptiarum, 723. Labeones dii, qui, 956. Lacernula, quid, 858. Laura, sic Græci vicos cognominant, 998. Levis esse, pro imberbi, 1181. Lienosus, quid, 1270. Longavi, intestinum rectum videtur significare, 1248 not. Luculentum corpus, 1124. Mactatis, pro aptatis, 770. Mactatas, 856. Mactus hoc vino inferio esto, formula qua Jovi fiebat vini libatio, 1035 not., 1260. Mador telluris, 1155. Mastruca, quid, 846 not. Miracula, pro turpibus portentis, 1154. Miseriarum insignia, 1138. Mitra, quid, 846. Momen, pro momento, 853. Nares displosæ, 956, 1181. Offæ, quid, 1249. Oggerere, 1133, 1225 Omentum, 1249. Orbes saltatorii, 882. Palasca seu plasca, 1249. Panchristarii, qui, 869. Pannychismi, quid, 1130. Papula, ulceris genus, 786. Pariles lineæ, 1181. Passerculi, 1226. Pellacia, quid, 1225. Pendigines, 1167. Peniculamenta, 1104. Perlitus limo, 1128. Petasus, 1188. Petasunculus, 1189. Planum facere, quid, 902. Polimina, quid, 1249. Prætextati qui, 1144. Proles, quid hac voce intelligatur, 1128. Propudiosum facinus, 1135. Proverbia temporibus Arnobii solita : Quot homines, tot sententiæ, 833. Contrectare manibus, 926. O Abdera, Abdera, 1107. Tricas conduplicare Telenas, 1140. Addere garo gerrem, quid, 1139. Punctistitium, 1106. Pusio scitulus, 1146. Querqueras, 780. Ravi qui colore inter flavos et cæsios medium tenent, 958. Reciproca, 754. Reduvia, 786. Retegere, 1135. Runcinare, 1143. Rusticanus, 1059. Sabulus sanguis, 1106 Saccati obscœnissimæ seriæ, 967. Sambucistria, quid, 882 not. Scitulus, 1145. Scripulum, 1210. Securicula, quid, 838. Secus, pro sexu, 1108, 1134. Sigilliolis, 1187. Sigillaria, *ibid.* not. Significantia 1009. Silicernium, 1218. Sympuvium, 1065. Sol-fugæ, 844, 1237. Solœcismus, 797. Spem præsumere, 916. Spiritalis tractus, quid, 954. Stare in altioribus, 1233. Stentorei vagitus, 952. Stercoribus accipi, 1239. Stribiligo, quid, 798. Striculus pusio, 1134. Stuprum oris, 883. Subsecivæ laudes, 1145. Subintroire, 1190. Subucula, quid, 838. Sufficere prolem, 947. Tædæ, 1249. Tenor officiorum, 836. Textricula puella, 1110. Tinnire, quid, 1033. Tippula, animalculi genus super aquas deambulans, 904. Trilices tunicæ, triplici licio textæ, 965. Tuceta, quid, 881 not. Uda, 962. Uligo, 732. Urbana subtilitas, 1145. Usio, 1263. Utria et utres, 799 Vannus, 847. Vaporeus habitus, 1205. Versipellis, 1146. Verrucula collis unius, 890. Vestis stragula, 815. Vicaria substitutio, 1181. Virgo bacula, 1210. Vitiligo, 776. Volucris titillatio, 1222. Volutabra horrentia, 1239. — Vide *Indicem* multo locupletiorem verborum et locutionum Arnobii, V.

LACTANTIUS, rhetor Christianus. — Quanta in dictione fuerit ejus facundia, VI, 58. Primarius fuit in re litteraria, *ibid.* Lactantius amat formulas veteres elegantiasque sermonis, 393. Consuetas verborum formulas frequentat, 416. Sæpe verba composita usurpat pro simplicibus, et simplicia pro compositis, VII, 26. Ad brutorum linguas interpretandas quinam incubuerint, 917. Gallica lingua plurimas habet locutiones a Latinis acceptas, 618, 639. Francorum nomen antiquius temporibus utriusque Valentiniani, VI, 767. Hermes Trismegistus litteras invenisse et Ægyptiis tradidisse fertur, 138. Vocis humanæ quæ definitio, VII, 62, 63.

Hebræum et ipsius affines. — Abraham primus dicitur Heber, id est, *trans*, VI, 328. Ammon a Cham dicitur qui primus Ægyptum possedit, 527. Apis, bovis caput, idem ac Serapis ut deus colitur in Ægypto, 235, 472. Belus; ejus altaria Edessæ quam antiqua, 229. Chanaan, nomen antiquum Arabiæ, 327 not. Chemia, vetus Ægypti nomen ex Plutarcho; in prophetis terra Cham dicitur, eo quod hanc regionem incoluere filii Cham, *ibid.* Cirta, Africana urbs, quæ postea Constantina dicta est, VII, 555, 556. Daniel propheta, VI, 480. David rex et propheta, 468. Hebræi sic dicti ab *Heber*, id est, *trans*, *ultra*, Græce πέρα, 328, 473 not. Juxta alios dicti sunt Hebræi ut ab Heber pronepote Noe orti, 473 not.; sed alii populi ab eodem Heber orti, nusquam Hebræi dicti sunt, quia neglecta lingua Hebraica, populorum inter quos degebant sermonem æmulati sunt, 328 not. Quandonam Hebræi nomen amiserint, 967. Emmanuel, quid hoc nomine significetur, 479. Ibis, avis nomen quæ ab Ægyptiis dea habetur, 786. Jacob, VII, 494. Japetus, VI, 312. Jesus, Latine dicitur salutaris, salvator, 479. Joannes apostolus, 440; Baptista, VII, 628. Josephus utrum idem ac Serapis, VI, 235. Josue, 459, 956. Judæi, sic appellati a Juda, ex quo nati erant, 473. Mnevis bos ab Ægyptiis cultus, 621. Moyses Hebræorum dux, 472. Moloch, utrum idem sit atque Saturnus, 232 not. Sabæorum origo unde, 971. Sabbatum unde dictum, 782, 1006 not. Saitæ Ægyptii unde dicti Salomon; rex, 468, 486, 487, 974, 976. Susanna Sancta, nomen Hebraicum, VII, 320. Tubalcain, utrum idem sit cum Vulcano, VI, 215 not. Zacharias, prophetarum ultimus, 460.

Græcæ etymologiæ. — Græcæ voces Latinis litteris sæpius exaratæ apud Patres, VII, 687. Hellenismis sæpe utitur Lactantius, VI, 142. Αἰγίοχος Jovis cognomen, 240. Æoles Δ mutant in Z, VII, 408. OEsophagus gula dictus, 40. 'Αγάλματα et ἀνδριάντεις. 'Αγαλματοποιὸν et ἀνδριαντοποιὸν in quo differant, 550, 551. 'Αγρονόμοι, quinam dicti apud Græcos, 400. 'Αχραῖος, unde dictus Jupiter, VI, 501. Amalthea, capra, 240; sibylla, 145; nympha, 240. 'Αναβολεὺς Græcis quid, VII, 478. 'Άνθρωπος quare homo sic appellatus, VI, 257. 'Αγυιεὺς et 'Αγυιάτης Apollinis cognomina, 498. Anastasis, id est, resurrectio, 806 Areopagitarum nomen unde, VII, 162. Argo navis Argonautarum, VI, 130. Athenæ istud nomen, unde, 195. Atomi, quid, 401, 949. Bacchæ seu bacchantes unde appellatæ, 165 not. Canon, quid, VII, 399, 771. Cataclysmus, id est, diluvium, VI, 313. Catamiti qui, 169. Chiliastæ qui et unde dicti, 781, 1018. Chlamydes, quid, VII, 362. Chrestus nomen Romanis usitatum pro Christo, VI, 961. Corybantes, quinam fuerint, 187. Dæmon apud veteres, quid, 151, 534. Δαιμονιάρχης, unde dictum, 531. Δεοσάρης sive Δευσάρης, Bacchus sic dictus apud Arabes, VII, 494. Diabolus, quare sic dictus, VI, 924; adversarius vocatus, VII, 191, 471, 600. Diaconi ministri vocati simpliciter, 503, 695. Dicæarchus, quis, VI, 404. Diespiter, Jovis cognomen, 190. Eleusinia sacra, 237. 'Ερμόπολις, urbs Ægypti, 159. Galatarchæ, quodnam munus, VII, 537. Gnostici qui, VI, 542. Helicon, mons musis dicatus, 132. Hermaphroditus, ejus origo, 207. Hermes Trismegistus qui, 138. Idolothyta, quid, 253, 363. Καλωκρέτης quis, VII, 541. Κέλευσις, pro jussione, 646, 703. Κέλευσμα non unius generis cum κελεύσματα, 637. Κλιμακίδαι, mulieres quædam dictæ, 482. Κόσμος, cur mundus sic a Græcis appellatus, VI, 122. Κρίσσων seu Κρίττων, pro contemptore, VII, 458. Κρόνος quare dictus Saturnus, VI, 186. Κυνίαι, galeæ ex caninis pellibus, VII, 823. Κωρίον, quid, 513, 525. Lethargus unde nomen, VI, 774. Lethæus fluvius unde dictus, 804, 806. Λόγος, divini Verbi nomen, 469. Λυκείαι, galeæ ex lupinis pellibus, 823. Μετανοία, quid, 725. Peripatetici, qui, 364, 367, 370, 688. Περιτόναιος, quid, VII, 59. Φῶς, vocis illius ambigua significatio, VI, 639. Phrygii sermones qui, 120. Plato, Moyses attice disserens dictus, 955. Πλούτων idem quod Dis, 900. Σκαιὸς ineptus, stolidus, 829; τὰ σκαιὰ, nugæ, tricæ, *ibid.* Σχοῖνος, quid, 969. Στήλη, pro columna, statua, VII, 511. Stoici unde dicti, VI, 807. Synthema, quid, 414, 415. Θεωρία, unde vox illa, 1004. Υ, littera hæc unde Pythagorea dicatur, 641. Zabulus, pro diabolus, 218. Frequens in libris veterum vox illa, VI, 323. Zacones, pro diacones, 323, 702. Zeta, pro diæta, 408, 702. Ζεὺς, Jovis nomen, cur, 169.

Latinitas Lactantiana. — Abdomen, non Lactantii nomen, qui rem designat his verbis : Tenuis illa membrana perlucens. Betuleius a circumveniendo deducit, VI, 59. not. Abritum, aburtum, et abyrtum, eadem significant, 441. Abicti pro *uti* usurpatum, VI, 166. Accensi milites unde dicti, 928. Accusatione fortunæ consolari se, 583. Actio forensis vox, VII, 658. Actuarii qui, 654. Addicti et nexi qui, VI, 637. Adicere antique pro adjicere, VII, 739. Adulescens pro *adolescens*, 719. Æquitas pro æqualitate, 417. Ante pro *post* sæpe usurpatum a Lactantio, VI, 277. Ardere cum invidia, utrum Latine dicatur, VII, 690. Armilustrium quid et unde dictum, VI, 711; VII, 550. Assumptio pro minore parte syllogismi, VI, 282. Aventinus mons, unde dictus. 182 Aures unde dictæ, VII, 26. B littera plerumque antiquitus pro V substituta, VI, 941. Capio, jurisconsultorum nomen proprium, VII, 45. Capitolium, unde appellatum, VI, 400. Causa vel gratia, adverb. sæpe subauditum in auctoribus, 601. Celebrare campum martium, asylum, quid sit, VII, 530, 777. Circumegit muro, id est inclusit intra murum, VI, 191. Circumsedere pro obsidere, VII, 758. Cloacina dea unde dicta, VI, 229. Concedere, id est locum dare alicui, VII, 834. Conculcare pro subigere, 397. Contrarius *quam*, Latinitas dubia, VI, 443. Corporare pro corpore indui, 310, 528. Corroboramenta, nova vox, 385. Cothurnata scelera, quid, 710. Crimen, pro criminatione, VII, 637. Dare, pro dicere, docere, VII, 247, 779 Deflagrare pro defervescere, 693. Delubrum quid, VI, 116. A veteribus dictum de stipite delubrato, VII, 500. Dementare, dementire pro insanire, VI, 534; VII, 101, 655. Depingere pro observare, VI, 532. Desidere pro descendere, VII, 742. Detractare pro detrectare, 644. Dicatio pro dignatione, 268, 373. Difficiliter, rara vox, sed Ciceroniana, VII, 668. Diremptio vox insolens VI, 822. Dis-

ponere, dispositio, quid significent tempore Lactantii, VII, 222, 329, 782. Dissicere pro dissecare, VI, 288, 402. Divi lapides, quid, VII, 495. Duci et deduci, absolute, pro duci ad supplicium, VII, 548, 806. Egeria dea unde dicta, VI, 243. Endo pro in, 211. Exhibere pro alimenta suppeditare, VII, 205, 212, 308, 655, 677. Exiet pro exibit, VI, 486. Exterminare, id est extra terminos ponere, 705. Fictio hominis, pro ejus creatione, 312. Figmentum item pro creatione, 682. Figurare, vox Lactantiana, 388. Flamines qui et a quibus instituti, VI, 613. Fetura Latine quid, VII, 773. Foratus substantive usurpatus, 247. Forinsecus, vox insolita, 94. Galli, sacerdotes Cybeles cur dicti, VI, 206, 234. Genii, unde appellati, 333. Genitivi plurales contracti ut deum pro deorum, etc., VII, 734. Gravata virgo pro gravida, VI, 479. Gurgurio pro arteria aspera, VII, 49. Habere dicere, pro posse, debere dicere, Græca locutio Lactantio familiaris, VI, 758. Hamata primordia pro atomis, VII, 101. Homo, pro, is, ille, VI, 804. Idonei, id est, locupletes, VI, 672. Illæsibilis, rara vox, VII, 130. Illibabilis item rare invenitur, VI. 287, ut et illicibilis, 818. Imaginatus pro in imaginem figuratus, VI, 594. Imminuere pro corrumpere, 235. Indu foro pro in foro, VI, 579. Ineluibilis vox insolens, VII, 147. Ineptire, 29. Inferiæ quid, VI, 661. Inquies pro inquietus, VII, 807. Insustentabilis vox Lactantiana, 271. Ita plane, locutio Lactantio familiaris, VII, 222, 230. Ita pro deinde, 698, 813, 826. Jumenta a juvare dicta, 311, 929. Jutus verbum non insolens, 43. Latinus Priamo coævus, VI, 247. Latium, unde dictum, 189. Legitimus et legitime quid significent, VII, 214, 319, 407, 503, 593, 689. Leves quinam dicti, VI, 674. Litare non idem ac immolare, VII, 673. Lupanar unde dictum, VI, 217. Manus conserere, manus dare quid, 115, 458. Metiri passive usurpatum, VII, 231, 565, 737. Mortalitas pro mortales, VI, 523. Mutuare et mutuari promiscue usurpata, VI, 455. Nares unde dictæ, 50. Navigium pro navigatione, VI, 898. Necessitas pro calamitas, 256. Neque pro *æque*, nec pro *hæc*, VII, 385. Nuncupare pro creare, pronuntiare, VII, 410. Pallium unde dictum, VI, 565. Perlatio vox nova et rara, 625. Potentatus vox rara, 695. Puticuli, unde dicti, 547. Quando pro quoniam, 135. Quanti, 429. 820. Quatenus pro quomodo, VII, 237. Quire placet Lactantio, VI, 266. Renes unde dicti, VII, 60. Restituta pro restitutione, VI, 747. Retentare pro retinere, VII, 743. Scamnum quid sit, VII, 707. Scriptura pro vectigali, 231, 521. Sed, particula Lactantio frequentissima, VI, 695. Sedes de parte corporis dicitur qua sedemus, 531. Significantia vox Africana, VI, 526. Sordidere vox ecclesiastica, 618. Splen quid, VI, 689; VII, 60. Stratores unde dicti, VI, 478. Suberrare aciei, montibus, VII, 262, 815. Superponere vox ævo Lactantii usurpata, VI, 424. Tantarum pro tot, 126. Tendere nota vox pro castra metari, VII, 820. Tensa obsoleta vox, VI, 340, 940. Tenue Latinis idem quod Græcis λεπτὸν, VI, 939. Tinctus pro baptizatus, 491. Tollere liberos quid, 202. Trepidare et trepere quid significent, VI, 672. Tutilo pro titulo, 231, 362. Vacue facere pro abrogare, VI, 499. Vaniloquentia, 146. Versuram solvere quid sit, 299. Victoriam capere, locutio rara, 263, 820.

NAZARIUS, rhetor Romanus. In Constantini Magni *Panegyrico:* Operta mentium substantive dicebatur sicut amara curarum, abdita terrarum, et ut inferius Optata votorum, VIII, 583. Disseparata pro disparata, 584. Aspirare laudes, loquendi modus valde insolens, 585. Solitario modo pro solummodo vox posterioris ævi, 605.

ANONYMUS, in Panegyrico Maximiani et Constantini, Velis nolis adulatorie dictum, VIII, 610. Ut res est, loquendi formula hoc ævo usurpata, 616.

EUMENIUS, moderator scholarum Æduensium in Panegyrico ad Constantinum an. 310. De memoria patris. *De* præpositio apud hujus ævi scriptores ferme sumitur loco istius *propter*. Ita apud Tertull., Cyprian., etc., VIII, 635 not. Ignosce dicto : mirificus locus et si quis est alius artificii plenus, 937. Quando vincet, adulatorie dictum, *ibid.* Nimium quantum, locutio Ciceroniana, 645. Caluit, id est animus lætitia gestiit, 649. Remisisti, frequens apud ejus ævi scriptores loquendi modus, *ibid.* Confinis forte pro confiniis seu confinium, 652.

MARIUS VICTORINUS, Rhetor Africanus, an. 362. Ipsius libri adversus Arium more dialectico scripti sunt, et teste Hieronymo, valde obscuri, VIII, 997. Sæpissime Græcas voces λόγος ὁμοούσιος et νοῦς usurpatæ, 1056 et seqq. Ut et sequentes vix a vulgo intellectæ, substantia, forma, imago, causa accidens, generatio, passio, motio, etc., ut passim legenti patebit.

HILARIUS (S.), Pictaviensis episcopus. — Hilariani sermonis obscuritas, IX, 26. Hieronymus, ep. ad Rusticum, 4, de Hilario dicit quod longis interdum periodis involvitur et a lectione simpliciorum procul est, quod Gallicano genio idem doctor videtur ascribere, *ibid.* et Hilarium nihilominus nominat, *Contra Arianos Latini sermonis tubam, ibid.* Apud Hilarium, rarius quidem, sed nonnunquam tamen negliguntur Grammaticæ leges, *ibid.* Rebus quas tractavit nondum satis accommodatæ Latinæ voces, *ibid.* Latina lingua angustior et minus copiosa quam Græca, 26, 27. De hoc argumento Gregorii Nazianzeni opinio, 27. Ipse Hilarius fatetur non sensum sibi deesse, sed verba, et alibi quod in rebus divinis verborum significatio angustior sit quam intelligentia, *ibid.* Quod sæpissime homines inter se digladiantur, vim cujusque vocis ignorantes. *ibid.* Quo modo Auxentius Arianus et Hilarii adversarius verbis ludebat quibus fallere posset et electos, X, 614, 615. Lingua Romana media inter Hebræos Græcosque collocata, IX, 241. His maxime tribus linguis prædicatur Evangelium, *ibid.* Quædam attingit sensus quæ non explicat sermo, 1001. Sermo vocis est tantum cum auditur, non ante aut post, X, 61. Est enuntiatio negotiorum, et locutio cogitationum, *ibid.* Ex Hilario, imago, forma, vultus et facies non differunt in quodam sensu, IX, 486. Ipse primus hymnos Latinos scripsit, 26. Proprietates verborum cognoscendæ, 282.

